+ EX · LIBRIS · COLLEGII · SANCTAE · MARIAE · DE · OSCOTT

PETER
SEABY
B



QVAE SVNT CAESARIS CAESARI
IMPP. ROMANORVM. NVMISMATA.
Philippus Biffius Delin.
Simon Durellus Sculp.

IMPERATORVM ROMANORVM NVMISMATA

A POMPEO MAGNO AD HERACLIVM

AB ADOLFO OCCONE OLIM CONGESTA,

Nunc Augustorum Iconibus, perpetuis Historico-Chronologicis notis, pluribusque additamentis illustrata, & aucta.

SAC. CÆSAREÆ, ET REGIÆ MAIESTATI
INVICTISSIMI, ET CLEMENTISSIMI

LEOPOLDI PRIMI

OPTIMI MAXIMI, AVGVSTORVM AVGVSTI
EXHIBITA
STVDIO, ET CVRA

FRANCISCI MEDIOBARBI BIRAGI
S. R. I. Comitis, & Regiæ Ciuitatis Papiæ Decurionis.

Ioannis Martini ... Paganini

MEDIOLANI
Ex Typographia Ludouici Montiæ. MDCLXXXIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

IMPERATORI CAESARI
D. FERDINANDI III. PACIFERI FILIO,
D. FERDINANDI II. BOHEMICI, ET PANNONICI
NEPOTI

LEOPOLDO AVSTRIACO

OPT. MAX., SARM. MAX., PANNON. MAX.
P. P.
SALVTEM, VICTORIAS, TRIVMPHOS.

Ictoria cum Trophæo Gemma antiqui operis ſcalpta, & in munitione oppidi, quo ſedem belli contra Neronem Ser. Galba delegerat reperta, & fauſtum belli omen, & ipſum Iuſtum, Pium, & fauentibus Dijs ſuſceptum deſignare credita eſt LEOPOLDE AVGVSTORVM AVGVSTE. Nec ſecus excipias velim inter bellicos hos turbines, quibus feruet Europa, atque Aſia, hæc meo ſtudio, ex Vetuſtatis ruderibus eruta, atque in vnum congeſta Impp. Romanorum Numiſmata, quæ tuo ſemper AVGVSTO, ſemper VERENDO, ſemper FELICI nomini (pro mea, & Proauorum meorum, erga M. T. C. & S. R. I. obſeruantia) ſubijcio, & ſacro; vt ex vectigalibus hiſce Emblematis, quæ ſunt CÆSARIS, CÆSARI reddita intelligas, ſimulque in tot Auguſtorum impreſſis Victorijs, ac Triumphis, innumeros, quos tibi ominor, AVGVSTORVM CLEMENTISSIME, AC MAXIME, intuearis. Quid enim aliud portendunt VICTORIÆ IVSTÆ, ÆTERNÆ, DACICÆ, AVGVSTÆ, GERMANICÆ, & PARTHICÆ Numiſmatibus ſignatæ, quam victori tuo capiti laureas Dacicas, Pannonicas, Germanicas, Thraciaſque acceſſuras? TRIVMPHI, AVGVSTI, PARTHICI, QVADI, quid aliud prænunciant, quam ſubactis Pannonibus, deuictis Barbaris, PACE in S. R. I. PERPETVA FVNDATA, te GENTIVM BARBARARVM TRIVMPHATOREM, FVNDATOREMQVE PACIS? Quid aliud ominantur Trophæa varia, abiecta ad pedes Cæſarum Rebellium capita, Quadrigæ Triumphales, Victoriæ Laureas Impp. capitibus imponentes, Signum denique Conſtantino Magno Diuinitùs oſtenſum, quam te IN HOC SIGNO VBIQVE VICTOREM? DANVVIVS iacens, DACIA CAPTA, PANNONIÆ, ASSYRIA, ET PALÆSTINA IN POTESTATEM P. R. REDACTAE, ARABIA, & DACIA AVG. PROVINCIÆ, ASIA, denique AFRICA, & EVROPA an non iuſtis, ac victricibus tuis Armis, Daciam, Pannoniam, Terrarumque Orbem ipſum ceſſurum augurantur? REX PARTHIS, REX ARMENIS, REX QVADIS DATVS, quid aliud, quam

Reges

Reges ſubijciunt à tuo nutu pendentes, & REGNA tuis virtutibus Diuinitùs plura ADSIGNATA? Adde RESTITVTIONES ASIÆ, DALMATIÆ, ITALIÆ, DACIÆ, MACEDONIÆ, & SARMATIAE, quæ te HVMANI GENERIS, SÆCVLI, REIPVBLICÆ, totiuſq; ORBIS RESTITVTOREM pollicentur. PROVIDENTIA denique, CLEMENTIA, IVSTITIA, TRANQVILLITAS, CONCORDIA, PAX, SALVS, GLORIA PERPETVA, nonne SALVTEM PVBLICAM, SECVRITATEM IMPERII, GAVDIVM REIPVBLICÆ, GLORIAMque NOVI SAECVLI SAPIENTIA PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI LEOPOLDI TER MAXIMI PACE VBIQVE PARTA certiſſimo VIRTVTIS AVGVSTAE augurio deſignant? Age igitur Inuictiſſime CAESAR, VOTA ORBIS imple, tot, tantiſq; Auguſtis Augurijs fultus EXERCITVS GERMANICOS, DACICOS, AVGVSTOS, VIRTVTE, FIDE, & CONCORDIA MILITVM ſemper Victores AVGVSTA EXPEDITIONE, BONI EVENTVS ſecurus, in hoſtes dirige, FORTVNA, & VIRTVTE AVGVSTI videbis vbique Barbaros ſtratos, Rebelles ſub iugum miſſos, Prouincias receptas, ipſiſque tuis XXV. VICTORIAS LAETAS, PROVIDENTIA, & FELICITATE AVGVSTA, VIRTVTEQVE EXERCITVS partas cum SECVRITATE, & GLORIA REIPVBLICAE TRIVMPHO AVGVSTO produces. Faxit Deus vt SIC XXX. SIC XXXX. SIC SAECVLARIA SACRA Imperij tui celebrentur, Beata enim TRANQVILLITATE, VIRTVTE, & PIETATE INVICTI AVG. reſtituta, LAETITIA FVNDATA Terrarum vniuerſus Orbis fruetur. PROPAGINEM interim IMPERII, BONOQVE REIPVBLICAE NATVM IOSEPHVM ARCHIDVCEM INVICTI PII FILIVM ſpem Reipublicæ, CAESAREMQVE DESTINATVM, vt PLVRES videat NATALES FELICES, SOSPITATOR, CONSERVATOR, SALVTIS DEFENSOR, AVGVSTORVMQVE TVTATOR, DEVS ROMANORVM ADIVTOR, ſoſpitetur, tueatur, AETERNA FELICITATE, PERENNITATEQVE AVG. donet, vt ſupplex humiliſſimis, feruentiſſimiſq; votis ad ſacros M. T. C. pedes proiectus, in ſubiectionis, obſeruantiæ, grati animi, deuotioniſque Teſſeram precatur.

DEV. N. MSQ. EIVS

Mediolani Kalendis
Ianuarij Anni 1683.

Franciſcus Mediobarbus Biragus.

LEC-

LECTORI BENEVOLO
AVCTOR SALVTEM.

Olent qui libros in publicum emittunt, præfando consumati operis occasionem, argumentum, vtilitatemque designare. Horum calcare semitas animus est amicè, ac eruditè Lector, vt & operis rationem, & hoc non tantum Antiquorum Numismatum studio accomodatum, verùm Vniuersali Historiæ facem præferens, cunctisq; studiorum generibus noscas deseruire: Et nisi Eruditissimus Eques Carolus Patinus & in Præfatione ad Familias Romanas Fuluij Vrsini à se auctas, & in Historia Numismatum Gallicè scripta, & post eum sæculi decus Clarissimus Ezechiel Spanhemius, edito insigni, numquamque satis laudato opere, præstantiam, & vsum Numismatum antiquorum iam satis abundè, eruditè, & doctorum omnium plausu in litteras misissent, primo loco de his mihi disserendum esset, sed cum iam Spartham hanc, vt dixi, feliciter impleuerint bina hæc Sæculi lumina, ad operis mei transeo occasionem, quam præbuit Adolphi Occonis Liber, qui vt vberior cæteris de re Nummaria in lucem emissis, insignique eruditione refertus, maximèque Numismatum studium iuuans, ita iam cum Sæculo senescebat. Edita post eum à Gorleo, Hulsio, Tristano, Angellono, Patino, Vaillantio, Seguino, Sponnio, Ascanio, Hemellario, Oyselio, Bellorio, Paruta, Augustino, Spanhemioque, ac cæteris huius Sæculi rei Nummariæ Scriptoribus, tot, tantaque eiusdem supplementum suadebant; Sed quis tanto oneri par? vbi laboris patientia requirenda? plura emendanda, plura illustranda, plura adornanda antequam opus attingeretur: Supplementum Numismatum, opus, & labore, & patientia maxima constans. Fastorum descriptio, & ad Nummorum fidem accomodatio, opus vt nouitate fortè placiturum, sic fortè audaciæ nomen meriturum. Fluctuans in ancipiti, Fastorum Imperialium ordini manum apposueram, cum Romæ degens Aprili 1679. D.D. Abbatis Raphaelis Fabretti, ac Francisci Camelli insignium eruditione, totoq; Orbe notorum Virorum consilium exquisiui, qui ea qua solent humanitate opus aggredi viriliter Gloriæ argumentis suasere, difficultatem fassi, eam studio, & tempore vinci posse affirmarunt: seriò hic meditari opus incæpi, paucosq; post dies reuersus in Patriam Fastis Imperialibus consumatis ineunte Octobri eiusdem Anni manum operi admoueo, Occonis Numismatibus singulis exscriptis, ijsdem sedes secundùm Chronologiæ regulas assigno, ea cum Musæi nostri Numismatibus primo loco confero, addenda addo, subinde tam ex Auctoribus Occonem subsecutis, quam ex Amicorum scriptis, ac scrinijs augmentum operi quæro, excrescit hoc, & in immanem consurgit molem, hinc bipartiendum necessariò existimo, & vt Libri deformitas tolleretur, & ob Argumenti Latinorum, à Græcis diuersitatem; Latina enim Numismata, vel circà Chronologiam, Fastosque, vel circà gesta Imperatorum versantur, Græca verò, & Coloniarum, solam respiciunt antiquam Geographiam, paucaque Græca Annos Imperij designant, non charactere historico, sed nuda litterali nota, vnde argumenti diuersitas, operis etiam monebat partitionem. Accedebant Clarissimi, & in re antiquaria præstantissimi Ioannis Vaillantij promissa, quibus totus eruditus Orbis fidens, breui Coloniarum, & Græca Numismata eiusdem laboribus sperat illustrata videre; nec D. Equitis Patini probati labores, & ditissima Inscriptionum Græcorum Nummorum pænus, quam publici iuris facere parat, aliud suadebant, quam operis diuisionem, post enim emissa vel Vaillantij, vel Patini opera frustra laborassem, horum enim messorum manus nullæ effugissent spicæ; Hinc decreui opus bipartire, primo volumine Latinis, altero Coloniarum, & Græcis Nummis assignato; Sed cum Serenissimus, Clementissimusq; Princeps Magnus Dux COSIMVS III. Hetruriæ feliciter Imperans Coloniarum Nummos nuper ex Hispania receptos describi à Reuerendissimo P. Noris, mihique cum alijs transmitti benigniter indulserit, Talentum à tanto Principe acceptum in Terram fodere nolui, sed publici iuris facere statim decreui, hincq; Coloniarum Nummos Latinis subtexui, tantòque libentiùs hoc peregi, quod nec volumen eorum accessione deformaretur, & Lector ordinem, quem in Græcis digerendis secuturus sum ex ordine Coloniarum poterit agnoscere. Nè verò eorum vultus desiderares, quorum gesta ex Nummis noscebas, curaui à perito Artifice Simone Durello singulorum Impp. Augustorum, & Tyrannorum ora ex Nummis petita in æs incidi, diligentia, vt videre est, satis exquisita, quo & opus exornatum est, & curiositati plerorumque factum satis; & quia cunctorum Augustorum memoria Latinis Nummis consignata non fuit, nè opus ex parte mutilum videretur, necessariò Græcis Nummis Latinorum defectum supplere statui, sicque vbi Latinos non inueni, Nummos Græcos reposui, vt interim dum Græcorum volumen ad iustam consumationem perueniet (quod biennio Deo dante futurum spero) his fruare amicè, ac eruditè Lector.

Quo verò ad Chronologiam, & Fastos attinet, scio plurium censuram effugere non posse, cùm pluries à receptis Panuinij Fastorum Patris, Golzij, Eminentissimiq; Cardinalis Baronij, cæterorumque recesserim placitis, sed rogo, atque obsecro à censura tantisper supersedeant, opere enim peculiari, quod breui emissurum spondeo, Antiquos omnes Fastos Nummorum, & Inscriptionum fultus testimonio, auxilioque Eruditissimi P. Noris restituere tentabo; interim sciant me Fastos ad fidem Nummorum accomodare, non Nummos ad fidem Fastorum debuisse.

Stellulis additamenta adnotauimus, vt faciliùs; quid in hac editione actum sit appareret, Auctorumque nomina apposuimus, vt & fides dictis conciliaretur, & si quid ab his peccatum in descriptione Nummorum, mihi non imputaretur. Singulis Annis character Historicum ex probatissimis Auctoribus addidimus, & vt faciliùs Historicorum placita Nummorum testimonio firmari possent, & vt sic enucleata Historia Lectorum animos facilitate ad se pertraheret. Et quia sudante prælo plura ab Amicis accepi, quæ suo loco reponere iam impossibile erat, Addendorum Cathalogum statim sub finem operis subtexui, ne pretiosorum aliquot Cimeliorum memoria excideret. Indicibus quinque labore Herculeo compactis opus ornaui, vt facilitate manuducente cresceret Antiquitatis studium. Indicem Impp. nomina Alphabetico ordine referentem operi præposui. Postposui verò primo loco Indicem Partium aduersarum, in quo digerendo vt nulla necessaria omisi. Sic Aduersarum partium Inscriptiones, quibus soli Magistratus describuntur, puta IMP. VI. COS. III. &c. P. M. TR. P. COS. &c. præterij, eæ enim ex Inscriptionibus Magistratuum Augustorum, singulis annis præpositis, petendæ sunt, cum ex his pateat quo anno quis TR. P. inceperit, continuauerit, vel consumauerit, vt & sic de cæteris Magistratibus. Hunc subsequitur Index, quo secundùm ordinem Alphabeticum Familiarum, Illustrium Virorum nomina in Nummorum aduersis partibus occurrentia digeruntur, cui succedit Coloniarũ, & Municipiorum toto opere descriptorum Index, extremumque locum claudit Index tum Auctorum, quam Musæorum Eruditorum, Illustriumque item Amicorum, quibus iuuantibus operi supplementum paratum est. Venio nunc ad scopulum, in quem omnis impingit librorum nauis, errores dico, quorum numerus certè non exiguus, sed si spectes & molem operis, & Argumentum paucis cognitum Mediolani, vbi impressio processit, ex quo mihi necessariò corrigendi onus incubuit, fateberis venia aliqua dignum hominem, qui & priuatis negotijs alligatus, & operi digerendo, & pluribus rebus necessariò intentus, Typographica errata omnia non animaduertit, quædamque scripsit, quæ correctionem merentur; hinc antequam opus inuiseas erratorum tabulam ex recensione Eruditissimi, Reuerendissimique P. Noris adeas quæsò, vt ea manuducente ad illud securus accedas.

Et quia contra vtilitatem operis scio quosdam sic declamare: quorsum hæc? volumine tam amplo quid præter Numismatum descriptiones continentur? cui hæc scripta? Antiquarijs, quine Numismatum delectatione tenentur? hi vel pauci, vel iam satis edocti tuo labore carere poterant, quid cum hoc Politici, quid Iusdicentes, quid cæteri denique studiosi? Inanis labor, incassum cessurus: ideò eorumdem obiecta diluturus sic respondeo. Opus meum, argumento, dispositione, fine, cunctis studiosis, non physicè necessarium, sed moraliter vtile futurum. Antiquarij, quine Numismatum delectatione tenentur plura ex eo excipient, dispositionem, seù seriem Nummorum facilitate quam maxima, duce opere meo peragent, ex eo enim, quo Anno ferè singula Numismata cusa sint intelligent, ad quas Victorias, cæteraque gesta sint referenda, tam in characteribus Historicis singulorum annorum, quam in notis ad pleraque Numismata ex Historicis petitis, inuenient. Chronologi exactam Annorum Immortalis Vrbis, & Dyonisianæ Epochæ comparationem, Imperatorum Epochas, Consulum nomina (inter quæ plura restituta) Magistratus Augustos suo loco repositos offendent. Politici ex notione antè actorum ab Augustis (quæ omnia Nummis consignata inuenient) monita agendorum ab exemplis accipient, quibus loco, & tempore cum fructu vtantur. Iusdicentes ipsimet quid non inuenient? primò Augustorum, qui legibus subscripsere vultus noscent, Annum subscriptionis ex Consulum nominibus colligent, ordinem, seriemque ipsorum accipient, quod maximè necessariam monuit eruditissimus I. C. Dyonisius Gothofredus, qui dum leges Cod. Theodosiani illustrauit antè omnia Chronologicam dispositionem vt apprimè necessariam suo operi prætexuit. Historicis, tam Sacris, quam Profanis, Pictoribus, Poetis, Philologisque cæteris quid non conferet hoc opus? Notitiam Historiæ adamussim enucleatæ, temporum seriem exactè expansam, Gesta Augustorum bona fide, certisque testibus enarrata, eorundem ora ex nummis Synchronis testibus genuinè relata, omnisq; denique Antiquitatis, Deorum, Dearumque, Magistratuum tam Ciuilium, & Religiosorum, quam Militarium, Dignitatum, Instrumentorum, Armorum notitiam, Deorum, Heroum, & Virtutum Iconologiam, Vestiumq; formam, & cætera descripta inuenient. Sexus denique vt pulchritudine excellens, sic fragilitatis alexipharmacis maximè indigens, ibidem Pudicitiam, Concordiam, Fæcunditatem, cæterasque fæmineas dotes Augustabus in Nummis oblatas offendent, quibus innatus virtutis amor augeatur, exemplisq; virtus firmetur. Aduersariorum obiectis sublatis, duo sunt quæ à te petam candidè, & eruditè Lector, primum vt erratis ignoscas, meque melioribus erudias, alterum vt studia nostra iuues, tam in concinnando Volumine Græcorum, quam in augendo hoc Latinorum, & Coloniorum, ad me transmittens quotquot nancisci poteris descriptiones Nummorum tam Græcorum, quam Latinorum, & Coloniarum præsenti volumine non descriptorum, spondeo enim cum Græcorum volumine, Auctarij nomine publici iuris facturum quidquid, vel ex Latinis, vel ex Coloniarum Nummis operi meo tua benignitate accedet. Interim vale, & faue.

INDEX
ERRORVM CORRIGENDORVM.

Pag. 2. *lin.* 8. Pulcra, *lege* Pulcro,
pag. 4. *A. V. C.* 706. Cæsar iterum in Africam traiecit. *lege* Cæsar in Africam traiecit,
Pacem cum Pompeio facit. *lege* Pacem cum Pompeio tentat.
pag. 5. *A. V. C.* 708. Quam hoc anno gessisse probabile est. *lege* certum est,
Cussisse, *lege* cusisse,
VI. Vir Epulonum. *lege* VII. Vir Epulonum.
Nummo vltimo. A. HIRTIVS PR. *Malè explicaui* PR. *cum ad Præfectos retuli, nam Hirtius hoc anno non Præfectus Vrbis, sed Prætor fuit, vnde ad Præturam eiusdem refferendus Nummus.*
pag. 6. *A. V. C.* 710. Kal. Martij. *lege* Idibus Martij.
pag. 7. *lin.* 47. III. VIR. *lege* IIII. VIR.
pag. 8. Pheniciæ. *lege* Phœniciæ.
Suetoni 31. *lege* Patin. Suetonio f. 31.
pag. 9. *lin.* 6. Responsum daret. *lege* responsa daret.
pag. 12. *in Coss. A. V. C.* 714. Domitius Caluinius, Asinius Pollo, *lege* Domitius Caluinus, Asinius Pollio.
eodem anno. Triuiratu abdicare. *lege* Triuiratu se abdicare,
A. V. C. 740. *Nummum Paulli Porticus refectionem indicantem, ad Lepidum P. M. retuli, quod mendosè factum docet me Reuerendissimus P. Noris, dum Cœnotaphiorum Pisanorum pag.* 245. *hoc opus nomine M. Aemily Lepidi Cos. A. V. C.* 759. *& III. Viri Nepotis factum, eruditissimè demonstrat, quod & Dionis textu firmatur.*
pag. 13. *Initio.* SEX. POMPEIVS MAGNI F. SEX. NEP. *lege* MAGNI F. CN. NEP.
In Vita M. Antonij. L. Antonium Patruum proscripsit. *lege* L. Cæsarem Auunculum suum proscripsit.
pag. 14. *sub A. V. C.* 707. M. Antonius &c. Imp. dictus est A. V. C. 691. &c. *lege* Imp. dictus est A. V. C. 710, cum ad Exercitum circà Mutinam profectus est.
pag. 18. *lin.* 36. Cudere iussit. *lege* cudi iussit.
lin. 39. In eius locum. *lege* in suum locum.
pag. 19. *lin.* 39. Partim vim. *lege* Partim vi,
pag. 22. *lin.* 2. Sub Augusto vsque ferreretur, *lege* ferretur,
pag. 24. *lin.* 18. Illustrat nummo. *lege* nummum.
lin. antepen. Bogudis Regis. *lege* Bocchi Regis.
pag. 33. *A. V. C.* 733. *Nummus in quo cum Inscriptione* C. MARIVS PRO III. VIR *tria capita Caij, & Lucij Agrippæ Filiorum, & Iulia Aug. Filia scalpa visuntur, ad* A. V. C. 748. *referendus.*
pag. 36. *Coss. A. V. C.* 741. *sic restituendi sunt.* Ti. Claudius Nero, P. Quinctilius Varus.
pag. 41. *A. V. C.* 760. Cenotap. *lege* Cœnotaph.
pag. 42. *A. V. C.* 767. AD. XIII. *lege* A. D. XIIII.
In Triuiris &c. De Pyrro Rege. *lege* De Pyrrho Rege.
ibidem. Corynthum. *lege* Corintum.
pag. 44. *lin.* 72. Expansis Alli. *lege* expansis alis,
pag. 46. *In Nummis Biblidis.* L. COR. CALDO. *lege* L. COR. CALIDO.
In Nummis Cæsar-Augustæ. TIB. FIANO FABIO GER. M. V. II. VIR. *lege* TIB. FIANO FABIO GER. II. VIR.
L. CASSIO C. VAL. CEN. &c. *lege* L. CASSIO C. VAL. FEN. II. VIR.
pag. 47. *lin.* 1. TIB. CLOD. FIANO. *lege* TIB. CLOD. FINO.
In Calaguris Nummis. L. B. BEBI. *lege* L. BEBI.
M. LIC. CAEP. *lege* M. LIC. CAPEL.
Q. ANTONI. C. FABI. *lege* Q. ANTONI. L. FABI.
In Nummis Cartheia. Cuius Regia fuit. *lege* quorum Regia fuit.
pag. 48. *In Nummo primo Ebora.* Flagellus, Vrceolus &c. *lege* Flagellum, Vrceolus.
pag. 49. *In Nummo primo Illices.* MON. T. II. VIR. *lege* MONT. II. VIR.
In Nummo secundo. C C I. I L. A. *lege* C. C. IL. A.
In Nummo nono Incertorum. Capeduncula, Flagrum, *adde* seù Aspergillum.
pag. 50. *In Nummis Iulia Celsa.* C. VI. *lege* C. V. I.
pag. 52. *In Municip. Turias.* Neotericis Tarracona. *lege* Neotericis Tarazona.
pag. 53. *lin.* 22. Animæ in Cælum erant. *lege* Animæ in Cælis erant.
pag. 55. *A. V. C.* 727. M. AGRIPPA L. T. COS. III. &c. *lege* L. F. COS. III. &c.
pag. 56. *A. V. C.* 736. Tribunicias potestatem, *lege* Tribunitiam potestatem.
In Vita Iulia. Peccandi licentiam metiens. *lege* Peccandi licentia metiens,
ibidem. vbi à Scribonia, *lege* quo à Scribonia.
pag. 57. *A. V. C.* 752. Prim. Iuuent. *lege* Princ. Iuuent.
pag. 59. *in fine Vita Drusi,* Pedonis Albinouati. *lege* Pedonis Albinouani,
pag. 61. *A. V. C.* 747. *in Anno Redditus Tiberij erratum, & reponendum pro* A. V. C. 752. A. V. C. 755.
pag. 62. *lin.* 8. Aquilla. *lege* Aquila.
Et in Coss. 763. *sic scribe.* C. Iunius Sillanus.
pag. 63. *A. V. C.* 766. *Duo postrema huius anni Numismata spectant ad annum sequentem, cum tunc tantum post Augusti mortem Tiberius* AVGVSTVS *dictus fuerit.*
pag. 69. *in secundo Nummo Calaguris.* L. FVL. SPAROSO. *lege* L. FVL. SPARSO.
In Clunia tertio Nummo. C. N. POMP. *lege* CN. POMP.
In Incertorum primo. Super Ara. *lege* super Aram.
pag. 80. *nummo primo.* Patin. Sueton. 118. *lege* Sueton. 218.
pag. 81. *post medium.* In procinctu esse dicebanturue. *lege* esse dicebantur.
pag. 88. *in Nerone.* Humum primum perfossum. *lege* primum perfossam.
lin. antepenultima. Princeps Iuuentutis nomini. *lege* Principis Iuuentutis nomini,

pag.

pag. 99. *ante finem*. Alia procumbit. *lege* alia procumbit.
pag. 101. *nummo secundo*. LIBERTAS XL. S.C. *lege* LIBERTAS XL. R.S.C.
pag. 104. dextta. *lege* dextra.
pag. 107. *in Vita Vespasiani*. Exprobauit in Bubulcus. *lege* exprobrauit ei Bubulcus.
pag. 118. *in num. Stobens.* Patin. Ind. 80. *lege* Ind. 8.
pag. 119. *in primo nummo Titi*. Romæ missam. *lege* Romam missam.
pag. 128. A. *V.* *C.* 822. Nil hostilem metuebatur, ad Duces Parthium &c. *lege* nil hostile metuebatur, ad Duces Partium &c.
pag. 131. *lin.* 15. Nimis sit caloris. *lege* nimij sit caloris.
pag. 132. A. *V.* *C.* 835. Aceruus spoliarum. *lege* Aceruus spoliorum.
pag. 136. *A.* *V.* *C.* 841. Fecit & Ludos Sæculares &c. quo Claudius proximo, sed quod olim &c. *lege* Anno quo Claudius proximè, sed quo olim.
pag. 142. *nummo sexto Iuliæ*. Figura Galeata &c. *lege* Figura velata.
pag. 143. *circa finem in enarratione Congiarij Neruæ*. Hunc statim post delatum &c. *lege* hoc statim &c.
pag. 153. *circa medium*. PIET. Figura stans &c. sinistra Hastam &c. *lege* Typus Pietatis ad Aram sacrificantis.
pag. 154. *ad Portum Anconitanum retuli Nummum cum Inscriptione* POR. AVG., *sed aliter Inscriptio huius Portus suadet, in ea enim Traianus T. R. P. XVIIII. signatur, vnde ad A.V.*C. *869. Portus huius constructio referenda, Nummusque testis Portus propè Centum Cellas à Traiano ædificati esse potest.*
pag. 160. *lin. vltima*. DIVVS PATER RTAIAN. *lege* TRAIAN.
pag. 162. A. *V.* *C.* 869. Nisibi, & Seleucia receptus. *lege* receptis.
pag. 166. *in Matidia*. Vide quæ his copiosè disputat. *lege* quæ is copiosè &c.
pag. 167. *in Hadriano lin.* 6. Quos & initio Principatus. *lege* quas & initio Principatus.
pag. 168. *post medium*. Congiarium primum distribuit, hunc verò. *lege* hoc verò &c.
pag. 170. *antè medium*. Reliqua vetera à Traiano. *lege* ab Hadriano &c.
pag. 189. *Inscriptione Gruteriana*. PROCOS. XV. IIII. VIR. *lege* PROCOS. XV. VIR.
pag. 201. *in nummo penultimo A. V. C.* 904. Alia fœmina. *lege* alia fœminea.
pag. 208. *lin.* 5. Duæ Iunculæ. *lege* duæ Icunculæ.
pag. 222. A. *V.* *C.* 924 *in primo nummo Æ.* Diana stans dextra Hasta. *lege* dextra Hastam.
pag. 222. Trunco Palmæ imposito quem sustinet. *lege* quod sustinet.
pag. 226. A. *V.* *C.* 930. Aceruus spoliarum. *lege* spoliorum.
pag. 227. *lin* 3. Eadem alligata. *lege* eidem alligata.
pag. 232. *lin.* 8. Bigæ Elephantorum, in qua sedet. *lege* in quibus sedet.
pag. 233. *Coss. A.* V. *C.* 928. M. Saluius Irlianus. *lege* Iulianus.
pag. 240. *Ad Annum V. C.* 919. *si extant nummi omnes sequenti folio cusi cum Veri, & Commodi Cæsarum imaginibus, & ab Anno V. C. 925. eradenda nota* Verus Commodi Frater CÆSAR dicitur.
pag. 242. *A. V. C.* 930. *Occo scripsit* P. M. TR. P. II., *quod & retinui, sed debet omninò reponi* PONT. *nam* P. M. *non erat hoc* TR. P. *anno Commodus*.
pag. 243. *A. V. C.* 932. Coss. T. Annius Verus. *lege* T. Annius Verus II.
pag. 245. *A. V.* C. 934. Figuræ muliebri stantis. *lege* Figuræ muliebri stanti.
pag. 248. *in Coss. A. V. C.* 937. L. Eggius Marcellus. *lege* Marullus.
pag. 249 *circa medium*. Aliud Clypeum. *lege* alium Clypeum.
pag. 254. *A. V. C.* 943. Cybele sacrificat. *lege* Cybeli sacrificat.
pag. 267. *in Vita Seueri*. Promptum excogitandis. *lege* promptus excogitandis.
pag. 271. *A. V. C.* 950. XII. Kal. Martij. *lege* XI. Kal. Martij.
pag. 273. *A. V. C.* 953. Depictas in tabulis pugna. *lege* depictas in tabulis pugnas.
pag. 276. *lin. 6. ante finem*. Ad formam Cereris initorum. *lege* ad formam Cereris initiorum.
pag. 287. *in vltimo nummo A. V. C.* 955. ANN. AVG. *lege* ANN. AVGG.
lin. 6. antè finem. Aliæ stans circa Aram. *lege* aliæ stant &c.
pag. 290. *A. V. C.* 953. *in vltima nummi explicatione*. Fortè Congiarium Militibus &c. *repone* fortè donatiuum Militibus.
pag. 293. *in medio*. Securiuati. *lege* Securitati.
pag. 295. *in Coss. A. V. C.* 970. C. Brutius Presens. *lege* Bruttius Præsens.
pag. 296. *lin.* 5 *ante finem*. Cælosyria. *lege* Cœle Syria.
pag. 298. *in Vita Getæ lin.* 6. Vtrisque consentientibus. *repone* vtroque consentiente.
pag. 299. *A. V. C.* 953. Ctesiphontis. *lege* Ctesipho.
pag. 301. *circa medium Inscriptio* Princ. Iuuent. Cos. Des. II. *pertinet ad Annum V. C.* 960.
pag. 304. *lin.* 7. Hoc anno distributas. *lege* hoc anno distributam.
pag. 305. *A. V. C.* 970. Coss. Brutius Præsens... Extricatus. *repone* C. Bruttius Præsens. T. Messius Extricatus.
pag. 307. *lin.* 11. Aurigante Imperatore à Victoria &c. *lege* Imperatore, qui à Victoria &c.
In Municipio Fanestri. Ad hunc Municipium. *lege* ad hoc Municipium.
pag. 309. *A. V. C.* 971. Ad Victoriam à Macrino reportatam. *lege* ex Macrino reportatam.
pag. 321. *circa medium*. Aliud Globum. *lege* alium Globum.
pag. 324. *A. V. C.* 986. *in Coss.* Ouinus Paternus. *lege* Ouinius Paternus.
pag. 325. *A. V. C.* 988. *in vltimo nummo*. Dextra portensa. *lege* protensa.
pag. 327. *in Orbiana*. CONCORDIA AVG. *lege* CONCORDIA AVGG.
pag. 328. *in vita Maximini*. Iuxta Aquileam. *lege* iuxta Aquileiam.
pag. 329 *Coss. A. V. C.* 976. *sic restituendi*. L. Marius Maximus II. Papirius Ælianus.
pag. 330. *in nummis Coloniarum Incertis*. HIN. C. L. AN. *lege* HIN. C. L. AV.
pag. 331. *in Vita Gordiani lin.* 6. Statutam eius. *lege* staturam eius.
pag. 331. *A. V. C.* 990. *in Coss.* Iulius Sillanus. *lege* Iunius Sillanus.
pag. 332. *lin.* 4 *Vitæ Gordiani*. Eumque cædit &c. *lege* eumque cecidit.
In Coss. Iulius Sillanus. *lege* Iunius Sillanus.
Nummo penultimo. VICTORIA AVG. *lege* VICTORIA AVGG. & pag. 142. *lege* 141.
pag. 333. *lin.* 2. Sinistra tenet Scipionem. *lege* dextra tenet.
pag. 334. *in Pupieno*. Nominibus concessi. *lege* nominibus concessis.
pag. 346. *lin.* 13. Ibix, *lege* Ibis.
pag. 346. *lin. 12. antè finem*. Rhinocerons. *lege* Rhinoceros.

pag.

pag. 347. Damaſcum. *lege* Damaſcus.
ibidem. Orientis oculum. *lege* oculus,
pag. 351. *A.V.C.* 1002. Anchonit. *lege* Anconit.
pag. 355. *A.V.C.* 1003. In Mæſia proficiſcitur. *lege* In Mœſiam proficiſcitur.
pag. 356. *A.V.C.* 1003. Princeps Iuuentutis dicit. *lege* dicitur.
pag. 357. *in nummo vltimo Hoſtiliani ex Muſæo Bonfiliolio.* IMP. CAE. C. &c. *lege* IMP. CAES. &c.
ibid. in Lucij Priſci Vita. Ad Antoninum, *lege* ad Antonianum.
ibidem. Quem conſtituit Romæ. *lege* quam conſtitui Romæ.
ibid. in Nummo Perpennæ. IMP. CAES. M. AVG. *lege* M. AVF.
pag. 364. *in nummo Col. Damaſci.* COLONIA METRO. *lege* COΛONIA.... MVTPO. &c.
pag. 370. *Nummi Tertius, & Quintus Gallieni Anno ſequenti reponi debent, cum in ijs Conſul ſcribatur Gallienus, qui primò tantum Conſul proceſſit A.V.C.* 1007.
pag. 375. *in Textu Pollionis circà medium.* Auditum præterea ſonitu, *lege* Auditum præterea Tonitruum.
pag. 376. *nummo primo A.V.C.* 1017. Epigraphe, *lege* Epigraphes.
pag. 382. *vltima linea.* cognomine ſignetur, *lege* ſignentur, *& dele punctum ſequens, repoſita virgula.*
pag. 383. *A.V.C.* 1020. *Chriſti* 267. *in Valeriano Iun. repone in margine* A.V.C. 1019. Chriſti 266.
pag. 384. *in Coſſ. A.V.C.* 1011. *lege* Memmius Tuſcus,
In Vita Odenati. Concubinas cepit, Quietum interfecit. *lege tantum* Concubinas cepit.
pag. 385. *in Vita Zenobiæ.* Zenobia quæ ſe Cleopatrarum &c. *lege* quæ Cleopatrarum.
in Vita Herenniani. Aut mortem naturali. *lege* aut morte naturali.
pag. 386. *in Coſſ. A.V.C.* 1011. *lege* Memmius Tuſcus,
pag. 387. *in Coſſ.* 1013. *lege* Iunius Donatus.
In nummis Valeri Valentis. AVT. K. ΠΟΛ. *lege* AVT. K. POV.
pag. 388. *in Macriano Patre Coſſ. A.V.C.* 1015. *ſic reſtituendi.* Gallienus Aug. V. Petronius Fauſtinus,
pag. 395. *in fine.* TR. P. eius nummus ſcalpta &c. *lege* eius nummis ſcalpta.
ibid. Quos ab eruditiſſimo. *lege* quæ ab eruditiſſimo,
pag. 397. *in Vita Victorini.* Et ſeueritati militari. *lege* ſeueritate militari.
pag. 412. *in Vita Probi lin.* 11. Aureliani, & Taciti &c. *lege* In Aureliani &c.
ibid. 70. Vrbes captiuitate hoſtium vindicauit. *lege* 70. Vrbes à captiuitate &c.
pag. 413. *in enarratione Victoriæ Germanicæ Probi.* De qua fuſiùs Auctor, *lege* De quo fuſiùs Auctor,
pag. 421. *A.V.C.* 1038. Ad Murcium cum Diocletiano. *lege* ad Murgum cum Diocletiano,
pag. 424. *A.V.C.* 1039. Maximianus Aug. dicitur. *lege* Aug. dictus in Amandum &c.
pag. 425. *A.V.C.* 1040. In Curru ſtans Impp. *lege* In Curru ſtant Impp.
pag. 428. *lin. prima* Diocletianus TR. P. XXI. Coſ. VIII. Imp. X. *lege* Coſ. VIIII. &c.
ibid. lin. vltima. Potitum fuiſſe. *lege* potitam,
pag. 430. *in Vita Maximiani.* A Conſtantio ſtatim, *lege* à Conſtantino ſtatim.
pag. 449. *in Maxentio.* TR. P. ſuſcepta A. D. VII. Kal. Octobris. *lege* A. D. VI. Kal. Nouembris,
pag. 450. *A.V.C.* 1063. Diſſidia inter Maximinum, & Maxentium, *repone* Fœdus contrà Conſtantinum inter Maximinum, & Maxentium feritur,
pag. 451. *A.V.C.* 1065. Palude abſorptus eſt. *lege* Tyberi abſorptus eſt.
pag. 455. *A.V.C.* 1069. Eruditiſſima Diſertatione illuſtrauit, quam videre opere pretium eſt, *lege* eruditiſſima Diſſertatione illuſtrauit, quam videre operæ pretium eſt.
pag. 456. *A.V.C.* 1075. A Conſtantino Magno inditum. *lege* indictum.
pag. 459. *A.V.C.* 1060. Conſtantius Cæſ. TR. P. *lege* Conſtantinus Cæſ. &c.
pag. 467. *A.V.C.* 1084. Imp. VIII. *lege* Imp. XXII.
pag. 469. *in Vita Fauſtæ.* Scelere Nurus filio detegente. *lege* ſcelera Nurus.
pag. 483. *A.V.C.* 1105. Sciſſiam. *lege* Sciſiam, *vt & ſequenti folio in Decentio.*
pag. 486. *in Vetranionis Vita.* Ciuille. *lege* Ciuile.
pag. 491. *lin.* 4. Barbaros proſtrat. *lege* Barbaros proſternit.
pag. 495. *lin.* 2. In Vxore Sorore Conſtantia. *lege* in Vxorem Sorore Conſtantia,
pag. 503. *lin. vltima.* in Hiberna. *lege* in Hyberna. *vt & pag.* 507. *lin.* 4.
pag. 514. *A.V.C.* 1136. A. D. VII. Kal. Septembris. *lege* A. D. VIII. Kal. Septembris.
pag. 515. *lin prima.* Galijs. *lege* Gallijs.
pag. 517. *A.V.C.* 1134. Teruiungi. *lege* Teruingi,
ibid. A.V.C. 1137. Legato de Pace miſſi. *lege* Legatos de pace mittunt.
pag. 518. *A.V.C.* 1142. *in Coſſ.* Fl. Timatius, *lege* Fl. Timaſius,
A.V.C. 1143. Cum lacrimis. *lege* cum lacrymis.
pag. 520. *in Vita Gallæ Placidiæ.* Cunctaretque Theodoſius. *lege* cunctareturque Theodoſius.
pag. 524. *A.V.C.* 1161. A. D. Kal. Martij. *lege* A. D. Kal. Maij.
ibid. in Eudoxia. Quem & Auguſtum. *lege* quam & Auguſtam,
pag. 527. *A.V.C.* 1161. In Italiam reddit, *lege* redit.
pag. 528. *A.V.C.* 1163. Pace cum Alarico firmat. Honorius &c. *lege* Pacem cum Alarico firmat Honorius, &c.
A.V.C. 1168. In Hiſpaniam expellit, *lege* in Hiſpaniam pellit.
A.V.C. 1169. & Placidiam Vxorem ſpondet. *lege* & Placidia Vxor ſpondetur,
pag. 529. *in Vita Conſtantini.* Arelate inde ſe recipit. *lege* Arelatem &c.
ibid. Veronam vſque progredit. *lege* progreditur.
pag. 530. *in Conſtantis Vita.* Rurſus ibidem miſſus. *lege* rurſus illuc miſſus.
pag. 532. *in Vita Theodoſij.* Conſobrinum ſuum ex Conſtantino. *lege* Conſobrinum ſuum, ex Conſtantio,
pag. 537. *A.V.C.* 1137. Ardabarus. *lege* Ardaburus.
pag. 538. *A.V.C.* 1179. Nomine Valentiniuni. *lege* Valentiniani.
A.V.C. 1183. Britānia Pictis &c. *lege* Britanni à Pictis, & Scotis vexati, à Legione Romana defendūtur.
pag. 540. *A.V.C.* 1199. Britanniam diripiunt. *lege* dirripiunt.
pag. 541. *in Vita Iuſtæ Gratæ.* Conſtantinopoli Theodoſio. *lege* Conſtantinopolim.
pag. 542. *in Vita Attilæ.* Proceſſam inuadit. *lege* poſſeſſam inuadit.
ibid. Quadis, Sueuibuſque ſubactis. *lege* Sueuiſque ſubactis.
In Vita Marciani lin. vltima. Dediſſet perhibetur. *lege* dediſſe perhibetur,
pag. 543. *A.V.C.* 1210. Hoc anno A. D. VI. Kal. Martias. *lege* A. D. VII. Kal. Februarias.
pag. 544. *in Auiti Vita, pag.* 545. *& A.V.C.* 1217. *pag.* 548. *lin.* 3. *& A.V.C.* 1215. *pro* Ricimete *lege* Ricimere.

pag. 547. *A.V.C.* 1210. Ora tuetur. *lege* oram tuetur.
pag. 548 *A.V.C.* 1214 *in Maioriano*. A. D. VIII. Id. Aug. *lege* A. D. VII. Id. Aug.
pag. 549. *A.V.C.* 1224. Inimicita oritur. *lege* Inimicitia oritur.
pag. 550. *lin. vltima*. Morum non bellici ſtudioſus. *lege* morum non belli ſtudioſus.
pag. 551. *lin.* 5. Moriur. *lege* moritur.
pag. 552. *A.V.C.* 1242. Bulgatorum. *lege* Bulgarorum.
pag. 552. *lin.* 2. Tonitus fugiebatur. *lege* attonitus fugiebat.
pag. 556. *A.V.C.* 1254. Rege bellatur. *lege* Rege bellat.
pag. 557. *A.V.C.* 1270. *Coſſ. huius annis, ex Diptico, & obſeruationis P. Pagij ſic ſcribendi.*
Fl. Anaſtaſius Paulus Probus Sabinianus.
Fl. Agapitus.
In Vita Theodorici. Regi Vandacorum. *lege* Vandalorum.
pag. 560. *in nummo Hilderici*. HILDERICVS REX. *lege* HILDERIX REX. *In eius Epocha Reuerendiſſimus P. Noris Hiſtor. Pelagian. Cap. 21. lib. 2. probat Hildericum Thraſamundo ſucceſſiſſe A.V.C. 1276., alij verò Anno ſequenti, vt ſcripſi & ego.*
pag. 561. *in Vita Iuſtiniani*. Gilimerem cæpit. *lege* Gilimerem cepit.
pag. 562. *A.V.C.* 1228. *repone* Anno Chriſti 534. *& loco* Theodabati. *lege* Theodahati.
pag. 565. *A.V.C.* 1299. *&* 1301. *in Actis Hiſtoricis, vbi legitur* Iuſtinianus. *reponi debet* Beliſarius.
pag. 567. *in Vita VVitiges*. Mox receditur Ariminum. *lege* mox recedens Ariminum obſidet.
ibid. Ad Mediolanum recipiendum mittit, qui eum capit. *lege* ad Mediolanum recipiendam mittitur, qui eam capit.
pag. 568. *in Totila Vita*. Aruximium. *lege* Auxumium.
In vltimi nummi eiuſdem explicatione. Nemo ignoratur. *lege* nemo ignorat.
ibid. Inter priuatas parietes. *lege* inter priuatos parietes.
pag. 569. *in Vita Teia*. Cum ſe Cumis conferret. *lege* Cumas conferret.
In Vita Theodeberti. Beiſarij literis. *lege* Beliſarij literis.
Loca quædam Liguriæ, ac Venetiæ. *lege* Venetiarum.
In Vita Iuſtini Iun. Ex Filio Nepos. *lege* ex Sorore Nepos.
A. D. Id. Nouembris. *lege* A. D. XVIII. Kal. Decembris.
pag. 576. *A.V.C.* 1336. *Conſulem ſcripſi* Ti. Mauric. Aug. ſinè Collega, *ſed ex Chronico Alexandrino Annus hic Coſſ. caruit, dictuſque eſt* Poſt Conſ. Diuinæ Memoriæ Tiberij Conſtantini Anno III., *vnde Conſulatus primus Mauritij in Annum ſequentem reijciendus eſt, Anniſque ſequentibus vſque ad A.V.C.* 1345. *Annus I. in P.C. minuendus.*
pag. 622. *in enarratione Indicis Polatij lege* nulli ſumptui parceret.
In Elogio I. C. Bon lege plura daturus.

Die 5. Ianuarij 1682.

DE mandato Reuerendiſſimi Patris Fratris Sixti Cerchij Sacræ Theologiæ Magiſtri, ac Inquiſitoris Generalis Status, & Dominij Mediolani Adm. R. D. Nicolaus de Rubinis Doc. V. L., nec non Ambroſianæ Bibliothecæ Bibliothecarius videat, & in ſcriptis referat.

Fr. Angelus Maria Battianus Lector, & S. Officij Mediolani Notarius.

DE mandato Reuerendiſſimi Patris, & Domini mei Fratris Sixti Cerchij Inquiſitoris Generalis Status, & Dominij Mediolani de verbo ad verbum perlegi Librum, cui titulus IMPERATORVM ROMANORVM NVMISMATA &c. ab Illuſtriſſimo Domino, & Patrono meo D. Comite Franciſco Mediobarbo Birago &c. compoſitum: quem reperi Authore dignum ſuo, nam præterquam nihil continet Fidei Orthodoxæ contrarium, boniſq; moribus repugnans, eſt plenus eruditionis, atque doctrinæ: Quapropter dignum cenſeo, qui in lucem communi literatorum bono edatur, ſi tamen ita videbitur Reuerendiſſimo Domino meo Patri Inquiſitori Generali, cæteriſq; ad quos pertinet: In quorum fidem hac die duodecima Maij anni 1682.

Nicolaus Rubinus S. T. D., & Congregationis Oblatorum S. Sepulchri Mediolani Præpoſitus Generalis.

Attenta præfata atteſtatione

IMPRIMATVR.

F. Sixtus Cerchius Inquiſitor Generalis Status Mediolani.

Iacobus Saita Canonicus Imperialis Baſilicæ Sancti Ambroſij pro Eminentiſſimo D. D. Cardinali Vicecomite Archiepiſcopo.

Franciſcus Arbona pro Excellentiſſimo Senatu.

INDEX

INDEX
ALPHABETHICVS
Omnium Auguſtorum, Auguſtarum, Cæſarum, & Tyrannorum, qui in hoc opere continentur.

Ma-

IMPE-

IMPERATORVM ROMANORVM NVMISMATA
A POMPEIO MAGNO AD HERACLIVM.

1

POMPEIVS Romæ, Patre Strabone naſcitur, cum iuuenili floreret ætate, extemplò mores, & verendi, & regij eluxere. *Anno* ætatis XXIII., necdùm in Senatum admiſſus, *Imp. appellatus eſt*. Cinna etenim à militibus cæſo, in Picenum ſe contulit, tribuſque legionibus conſcriptis, & tribus Marianis Ducibus fugatis, L. Sullæ ſe ſe coniunxit, à quo *Imperatoris* Nomine ſalutatus eſt. Inſequente anno à Sulla primùm in Siciliam, aduerſus Perpennam, & Carbonem, mox in Africam, aduerſus Domitium mittitur, profligatis hoſtibus, & occiſis, inter Reges iudicat, tanquam arbiter. Poſt reditum ex Africa *Magnus* à Sulla appellatus eſt, indè Proconſul in Iberiam aduerſus Sertorium mittitur. Is tribus fulſit Triumphis, Belli Africani contrà Hiarbam, Hiſpanici contrà Sertorium, Pontici contrà Mithridatem. Anno ætatis XXIIII. *Magni* nomen à Sulla adeptus eſt, eoque vel inuito, vel renitente de Africa triumphauit, quamuis, nec Conſul, nec Prætor, nec Senator eſſet per ætatem. Plutarchus tamen teſtatur eum, per ætatem, in Senatum legi potuiſſe, ſed honorificentiùs ſibi futurum duxiſſe, ſi primus ex Equitibus Romanis triumphaſſet. De eo vide plura apud *Plutarchum in Pompeio, & Plin. lib. 7. cap. 26.*

CN. POMPEIVS MAGNVS CN. F. S. N. *Primus Eques Romanus de Africa triumphauit.*

COSS. M. Tullius Decula. Cn. Cornelius Dolabella. — *A.V.C. 673. Ante Chriſtum 80.*

Ar. CN. MAGN. IMP. Quadrigæ Triumphales.
ROMA. Caput Romæ Galeatum.
X ROMA. Caput Romæ, vt ſuperiùs.

POMPEIVS MAGNVS PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. ex S. C.

COSS. C. Calpurnius Piſo. M. Acilius Glabrio. — *A.V.C. 687. Ante Chriſtum 66.*

Infeſtantibus Piratis P. R. Prouincias, & Maria; Gabinius Pompeio amicus Auctor fuit S. C., quo ſub titulo, PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. cum ProConſulari Imperio Bellum Piraticum Pompeio commiſſum eſt, eiuſdem Imperio in P. R. Claſſes, Maria omnia, itemque litora quingentorum ſtadiorum ſpatio prorogato.

Aur. M. PIVS IMP. ITER. Caput Pompei, cum lituo, & ſimpulo.
PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Vir nudus, dextro pede roſtro Nauis inſidens, dextera apluſtre tenens, vtrinque Anphinomus cum fratre parentem vtrumque, ex Ætnæ Incendio illæſum efferentes.
Pietatis typus eſt, & alludit nummus hic ad nomen Magni Pij. *Valer. Max. lib. 5. Cap. 4. Notiora ſunt fratrum paria, Cleobis, & Biton, Amphinomus, & Anapus, illi, quod ad ſacra Iunonis peragenda, Matrem vexerunt, hi quod Patrem, & Matrem, humeris per medios ignes Ætnæ portarunt.*

* MAGN. PIVS IMP. ITER. Caput Pompei.
* PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Cneij, & Sexti Pompeiorum Capita aduerſa cum lituo, & ſimpulo. *Gorleus f. 65.*
Lituus auguratus proprium ſignum, erat Baculus ſine nodo à ſummo inflexus, hunc in parte, qua robuſtior eſt, Augur manutenebat, eoque Cæli regiones, deſcribebat, deſignabatque metas, intra quas ſe obſeruaturum ſigna conſtituerat.
Simpulum, vas paruum, non diſſimile Cyatho, quo vinum in ſacrificijs libabatur.

Ar. MAGNVS IMP. ITER. Caput Neptuni, cum Tridente.
PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Trophæum nauale.
Neptunus Saturni, Opiſque filius, cui maritimum ceſſit Imperium in diuiſione cum Ioue, ac Plu-

 tone

tone fratribus facta. Tridente pro sceptro vtitur, vt potestatem quam habet tollendi, placandi, seruandique æquor ostendat. Natal. Com. Mythol. lib. 2.

MAGNVS PIVS IMP. ITER. Columna cum Neptuno, sinistro pede rostrum Nauis calcante, infra quem Triremis, Fuscina, signum legionarium.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Scyllæ Typus, ambabus manibus Temonem nauis eleuantis. Scyllam egregiè describit Virgilius sic.

Candida succinctam, latrantibus inguina monstris,
Prima hominis facies, & pulchra pectore Virgo
Pube tenus, postrema immani corpore Piscis
Delphinum caudas, vtero commissa luporum.

M. PIVS IMP. ITER. Caput Pompei cum lituo, & simpulo.

PRAEF. CLASS. ET ORAE MARIT. EX S.C. Vir nudus, dextro pede rostrum Nauis calcans, dextra aplustre tenens, vtrinque Amphinomus, cum fratre, parentes ex Aetnæ incendio illæsos efferentes, PRÆF.ORÆ MARIT.ET.CLAS.EX.S.C. In num. Mus. Albani

* IMP. ITER. Caput Neptuni cum Tridente.

IMP. TER. Trophœum Nauale *M. N.*

* NEPTVNI Caput Pompei M. cum Tridente, & Delphino.

Q.NASIDIVS. { Nauis Prætoria. / Quatuor Triremes, aliæ contra alias inuicem dispositæ. *Patin. famil. Nasidi n. 2.*

Nasidij huius meminit Cicero Philipp. 7. & Cæsar 2. de bello ciuili scribit. L. Nasidius cum classe sexdecim Nauium à Cn. Pompeio, L.Domitio, Massiliensibusque subsidio missus est. *Errore librariorum præ nomen Nasidij, ex Q. in L. mutatum, restituunt Nummi hi, quibus sub Neptuni specie, caput Magni Pompei signatum eruditissimis probauit argumentis, Illustrissimus olim, eruditissimusque Petrus Seguinus in Epistolis, vbi nummum hunc explicat, profunda vt solet eruditione.*

* MAGNVS PIVS IMP. ITER. Caput Neptuni, cum Tridente.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Scyllæ Typus, vt superior *M. N.*

Ær. MAG. Caput Iani spicatum.

PIVS IMP. Prora Nauis.

Ianus, siuè Genius, siuè Rex fuerit, dicitur ferum, & siluestrem cultum in vrbanum, ciuilemque mutasse, Biceps pingitur, quia, & præterita sciuit, & futura præuidit.

MAGNVS PIVS IMP. Duo capita spicata, vel Iani caput.

EPPIVS dimidiata Nauis *M. N.*

M. Eppius equestris ordinis homo, vigilans, & industrius à Cicerone vocatur Epist. 13. ad Atticum, Scipionis in Africa legatum fuisse, Nummus alius ostendit. Hic verò antè Pompei legatum, vel in Nauali aliqua expeditione Pompeianarum partium Ducem nos docet.

MAGNVS IMP. ITER. Caput Pompei spicatum, cum Gutto, & Acrotirio.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Victoria insistens Naui cum monstro illo, quale in argenteis.

Guttus idem, ac simpulum, Acrotiria, siuè Platei nauales ad ornatum proræ, puppisque prominentia. Ex Rosino lib. 10. antiq. Rom.

POMPEIVS M. PROCOS. *Hispaniam obtinet.*

A.V.C. 699. Ante Christum 54. *COSS. Pompeius Mag. II. M. Licinius Crassus.*

Aur. MAGN. PROCOS. Prora Nauis.

CN. PISO PROQ. Caput Numæ Vittatum, & in Vitta. NVMA.

* CN. MAGNVS IMP. Figura insistens, dextro crure proræ nauis, cui Hispania stolata, dextra palmam porrigit, sinistra duo spicula tenet, ad pedes duo scuta.

M. POBLICI PROPR. Palladis Imago. *Gorleus fol. 65.*

M. Poblicius leg. ProPretore in Hispania sub Pompeio fuit, de hoc scribit Florus lib. 3., & Appianus in Mithridaticis, vbi Plocius, errore librariorum scribitur, non Poblicius. Circa verò Flori, & Appiani Textus eruditissimè, vt semper Fuluius Vrsinus in notis ad hunc denarium familiæ Poblitiæ.

Ar. MAGN. PROCOS. Prora Nauis.

CN. PISO PROQ. Caput Numæ Vittatum, & in vitta NVMA.

MAGN. PROCOS. Delphin, hasta pura, Aquila.

VARRO PROQ. Iouis terminalis caput, aut Hermæ effigies.

M. Terentius Varro, Pompei in Hispania legatus, classibus eiusdem præfuit nauali ab eo Corona donatus. Plinius lib. 7. cap. 30. & lib. 16. cap. 4.

Hermæ autem effigies, in altera eius nummi parte, obscurum est, quo pertineat, nisi fortè ad M. Varronis imaginem, quæ vni viuenti, in Bibliotheca Pollionis posita fuit; Teste Plinio, virorum enim illustrium imagines Hermæ figura, inscriptione adiecta solebant indicari.

Ad Pompei porrò Imperium in Hispania indicandum, sceptrum, & Aquila impressa est, ac Delphin ad maris Imperium, ex S. C. Bello Piratico eidem concessum.

CN. MAGNVS IMP. Caput Pompei.

M. MINAT. SABIN. PROQ. Pompeius iungens dextram cum muliebri figura, ad cuius pedes scutum, inter Pompeium, & figuram plura scuta, à tergo Pompei dimidiata Nauis.

Minatium hunc Pompei in Hyspania ProQuestorem, nummus hic solus indicat, silentibus vbique historicis, nam, & ProQ. inscribitur, & Hispaniæ Typus in nummo conspicitur, eumque ideò cum eruditissimo Vrsino Pompeij in Hispania ProQuest. indico.

* CN. M. IMP. Caput Pompeij.

* M. MINAT. SABIN. PROQ. Figura laureata militari habitu iungit dextras cum alia figura non laureata, primam figuram victoria dextra coronat, sinistra Trophæum armorum ferens. *Patin. Fam. Minat. n. 2.*

* CN. M. IMP. Caput Pompei.

* M. MINAT. SABIN. PROQ. Figura genuflexa globum offert aliæ figuræ, Imperatorio habitu, quæ

quæ globum monstrat figuræ radiatæ,& muliebri habitu dextram ori admouenti. *Patin. ibid. n.3.*
CN. MAGNVS. IMP. Figura insistens proræ Nauis, cui alia palmam porrigit, vt in aureo.
M. POBLI. LEG. PROPR. Caput Galeatum, vel Palladis, vel Romæ.

Bellum Ciuile cum Cæsare.

A. V. C. *706*. Insequente ex A. D. 13. Kal. Sextilis Pompeius à Cæsare ad Pharsalum victus ad Ptolemæum Ægypti Regem profugiens, eius dolo, haud ità multò post, nimirum pridiè Kal. Octobris, in conspectu vxoris Corneliæ, ad Montem Cassium interfectus, & exiguæ telluris inops tumulatus, ea ipsa die, qua quondam de Mithridate, & Piratis triumphum duxerat, die natalis sui, in cuius triumphi pompa translata fuit ipsius Pompei Imago, è margaritis, non tam luxuriæ argumento, quam non obscuro omine, iam caput illud Orientis opibus, sine reliquo corpore ostentaturum: *Plin. lib. 37. cap. 2.*, cuius res gestæ, atque virtutes, ijsdem, quibus Solis cursus, regionibus, ac terminis continentur; *Cic. in Catil. conitur. inuectiua 4. circa finem.*

Res à Pompeio gestæ, Plin. lib. 7. sic describuntur.

CN. Pompeius Magnus Imp. bello XXX. annorum confecto, fusis, fugatis, occisis, in deditionem acceptis, hominum viciès semel centenis LXXXIII.M. depressis, aut captis nauibus DCCCLXVI. oppidis, castellis, MDXXXVIII. in fidem receptis terris à Meoti lacu, ad rubrum mare subactis, votum merito Mineruæ.

Cum oram maritimam à prædonibus liberasset, & Imperium maris populo Romano restituisset, ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythia, Iudæis, Albanis, Iberis, Insula Creta, Bastarnis, & super hæc *de Regibus* Mithridate, & Tigrane triumphauit. Tandem interfectus C. Iulio Cæs. ii. & P. Seru. Vacia Isaurico Coss. V. C. *706*.

Pompeios Iuuenes Asia, atque Europa, sed ipsum
Terra tenet Libyes, si tamen vlla tenet.

POMPEI VXORES.

IVLIA.

Triennio post Triumphum suum,, nimirum V. C. *695*. Pompeius Iuliam Cæsaris filiam vxorem ducit, hanc ex sola Cornelia filiam Iulius sustulerat, quam Seruilio Cæpioni desponsam, Cn. Pomp. Magno collocauit: erat, & forma, & castitate præcellens, singulari ergà maritum amore flagrans, quamobrem à Pompeio vicissim impensiùs colebatur; accidit autem, vt Pompeius, comitalibus ludis sauciorum sanguine respersus, vestem domum mutandam mitteret; qua conspecta, adeò consternata est Iulia, tùm temporis vterùm ferens, vt abortum fecerit: Interiecto tempore, cum iterum grauida foret, in puerperio decessit, Pompeio, coniugi tumulum in Albano destinante, Populus in campum Martium funus extulit, nec multò post filiola, quam enixa erat, matris fatum secuta est. Ità gemino communis concordiæ vinculo sublato, dissensio primùm, deindè ciuile bellum inter destinatos discriminis duces exortum est.

CORNELIA.

Altera Pompei Vxor, quæ maritum, cum Sexto F. ad Pharsalum secuta, cum eo Aegyptum adnauigauit, vbi verò eum insidijs petitum, & occisum vidisset, fuga se se arripuit, & posteà temporis Romam, proposita impunitate, incolumis redijt. Dio.

2

C. IVLIVS C. F. C. N. CAESAR.

Nascitur Romæ C. Mario VI. & L. Valerio Flacco Coss. Patre C. Cæsare, Matre Aurelia, anno orbis *3866*. V. C. *654*. antè Christum natum *99*. eius integram Historiam vide apud Suetonium, & Hub. Golzium in Iulio, & Dionem, qui l. *44*. inter cæteros honores ei decretos, & hunc fuisse ait, pecunia eius imagine, vt signaretur.

C. IVL. C. F. C. N. CÆSAR PONTIFEX MAXIMVS.

COSS. M. Tullius Cicero. C. Antonius Hybrida. *A.V.C. 691. Ante Christum 62.*

Ar. CÆSAR Elephas cum Dracone.
Capeduncula, Aspergillum, Securis, Albogalerus, signa Pontificis Maximi, & Dialis Flaminis.
Capeduncula vas erat ansatum, vt prehendi posset, idest capi, quo in sacrificijs antiqui vtebantur, horum figuras ligneas, & fictiles antiquas etiam nunc videmus. Aspergillum, quod, & aspersorium, & lustrica, instrumentum quo aquam lustralem aspergebant.
Securis, quæ, & Dolabra, instrumentum, quo in dolando vtebantur. Albogalerus, qui & Apex proprius Flaminis Dialis pileus, qui ex hostia alba, Ioui immolata fiebat, eiusdemque Flaminis insigne speciale.

I. T. Caput Veneris.
Æneas gestans Anchisem, & Palladium.
Nummus hic, cum alijs, in quibus Venus conspicitur, ad originem gentis Iuliæ indicandam cusus est; à Iulo enim Æneæ filio Iulium genus, Iulusque Veneris per Æneam Patrem Nepos.

✱ CÆSAR IMP. CÆS. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Elephas cum Dracone.
Capeduncula, Aſpergillum, Seceſpita, Albogalerus. *Patin. Sueton. f. 62.*
Nummus hic docet nos Cæſares dictos, ab Elephante cæſo, non vt putant alij à ventre matris cæſo, aut ab oculis Cæsijs, Elephas *enim Pœnorum lingua* Cæſar *dicitur, eumque occidit C. Cæſar huius P. M. Auus.*
✱ CÆSAR IMP. CÆS. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Aeneas Anchiſem, & Palladium ferens.
Caput Veneris. *Patin. ibidem.*
L. BVCA Caput Veneris.
Anchiſem circa Idæ montem, Venus congreſſura accedit.
✱ Caput Veneris, cum Globo, abſque inſcriptione.
Anchiſem, circa Idam Venus congreditur. *Triſtan. T. 1.*

C. IVLIVS C. F. C. N. CÆSAR P. M. COS. *Heluetios, Ariouiſtum, Germanoſque vincit.*

A.V.C. 696. Ante Chriſtum 57. *COSS. L. Calpurnius Piſo. A. Gabinius.*

Aur. ✱ IIT. Caput Veneris.
✱ CÆSAR Trophæum, hinc Parma, illinc Lituus militaris, ad latus Seceſpita *M. N.*
Seceſpitam (inquit Feſtus) alij ſecurim, alij Dolabram Æneam, alij cultellum putant, hic ſecuris eſt.
Ar. IIT. Caput Veneris.
Barbarus hirto capillitio ſedens ad Trophæum.
Caput Veneris.
CÆSAR Trophæum cum duobus captiuis.
In hoc Trophæo, quæ ſub ſcutis ſunt inſtrumenta, ſunt litui militares.
Caput Veneris cum lituo, & ſceptro.
CAESAR Trophæum, vt ſuperiùs.
IIT. Caput Veneris, cum Simpulo.
CAESAR Trophæum, cum Corona Ciuica, & Parma.
C. CAESAR Caput Iulij.
A. D. M. N. Aquila vnguibus fulmen premens.
✱ CAESAR Caput Veneris.
CAESAR IMP. Trophœum armorum, cum ſcutis, & lituis militaribus. *Patin. Fam. Iul. n. 24.*
IMPER. Guttus, & Lituus in Laurea.
Caput Veneris cum Ciconia, ſeu Ibide.
✱ CAESAR IMP. Caput Iul. Cæſ.
L. AEMILIVS BVCA. Dextræ iunctæ. *Muſæi Magni Venet.*
Æ. Caput Veneris.
GERMAN. INDVTI IIII. { Fluuius ad Proram Nauis, propè montes. Taurus.

C. IVLIVS CAESAR. P. M. COS. *Dictator Comit. hab. cauſa.*

A.V.C. 705. Ante Chriſtum 45. *COSS. C. Claudius Marcellus. L. Cornel. Lentulus Crus.*

Aur. C. CAESAR DICTATOR Caput Iul. Cæſ. cum lituo.
L. LIVINEIVS REGVLVS. Bos Cornupeta.
COSS. Ti. Claudius Aug. V. Ser. Cor. Scipio Orfitus.

Nero virilem togam sumit Cos. Des. Procos. Radamistes Pharasmannis Iberorum Regis Fil. Armeniam occupat.

Ar. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. XI. IMP. P. P. COS. V.
PACI AVGVSTAE. Vt superiores.
S. P. Q. R. OB C. S. In Corona Quercea.
✱ S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS. In Corona. *R. P. Miniy.*

TI. CLAVDIVS TR. P. XI. XII. COS. V. IMP. XXV. XXVI. XXVII.

*A.V.C.*805. *Christi* 52.

COSS. P. Cor. Sulla Faustus. L. Saluius Otho.

Clitæ in Cilicia rebellant, ab Antiocho sedantur. Naumachia in Lacu Fucino, bis à Tib. Cl. acta.

Æ. TI. CLAVD. DRVSI F. CÆS. AVGVSTVS GERMANICVS PONTIF. MAXIM. TR. POT. XII. IMP. XXVII.
S. P. Q. R. P. P. AQVAS CLAVD. EX FON. TIB. QVI VOCABANTVR CÆRVL. ET CVRT. A MIL. XXXV. IN ANIENEM NOVAM A MIL. LXII. S. IMPENS. IN VRB. PERDVC. CVR. In Corona Quercea.
✱ S. P. Q. R. P. P. AQVAS CLAVDIAM EX FONTIBVS, QVI VOCABANT CERVLEVS, ET CVRTIVS, A' MILLIARIO XXXXV. ET ITEM ANIENEM NOVAM, A' MILLIARIO LXII. SVA IMPENSA IN VRBEM PERDVCENDAS CVRAVIT. COS. V. In Corona Quercea. *Patin. Thesaur.*

TI. CLAVDIVS TR. P. XII. XIII. COS. V. IMP. XXVII.

*A.V.C.*806. *Christi* 53.

COSS. D. Iunius Sillanus. Q. Haterius Antoninus.

Nuptiæ Neronis, & Octauiæ.

TI.

TI. CLAVDIVS TR. P. XIII. XIV. COS. V. IMP. XXVII.

COSS. Q. Asinius Marcell. M. Accilius Auiola. *A.V.C.807. Christi 54.*

A. D. III. Idus Octobris Ti. Cl. ab Agrippina Coniuge veneno extinguitur, mox inter Diuos à Nerone refertur.

Ar. DIVVS CLAVDIVS AVGVSTVS.
* EX S. C. Quadrigæ Triumphales, suprà quas alia Quadriga à Victoria recta, & alia Victoria stans; *Pat. Suet. f.* 283.
* IMP. CÆS. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. Figura muliebris sedens dextra Pateram, sinistra duplex Cornucopiæ. *Pat. Suet. f.* 283.
* Thensa Victoriolis ornata, Claudio post Consecrationem decreta. *Num. Arscot. tab.* 19. *n.*20.

Æ. TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. { Figura stolata stans, dextra ramum Lauri protendens in sublime, sinistra Stolam leuans.
* Pallas Galeata dextra elata cum Iaculo, sinistra Scutum. *Pat. Ind. f.* 6.
* Spei Typus. *ibidem.*
* Figura sedens dextra Spicas, sinistra Facem. *ibidem.* }
* IMP. TITVS VESP. REST. S. C. Pallas Galeata stans, dextra elata, sinistra Hastam. *ibidem.*
TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP.
* IMP. T. VESP. AVG. REST. S. C. Spei Typus. *Ind. Pellegrini Ascanij.*

NVMMI CLAVDII IN COLONIIS CVSI.

Aroe Aug. Patrensis.

TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. Figura stolata stans, dextra apedunculam.
LIBERIS AVG. COL. A. A. P. Duplex Cornucopiæ, cui imposita sunt duo Capita muliebria, & vnum virile.
TI. CLAVDIVS CÆSAR AVGVS. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Claudij.
* LIBERIS AVG. COL. A. A. P. Duplex Cornucopiæ vt superius. *Strada fol.* 34.
TI. CLAVDIVS CÆS. AVG. GERM.
LIBERIS AVG. COL. A. A. PAT. Vt superius. *Patin. Sueton. f.* 271.

.... COL. A. A. PAT. { VII. Inter duas Aquilas Legionarias. *Patin. Ind. fol.* 7.
XXII. Tria Signa militaria. *Ind. Polatio.* }

Colonia Aroe Aug. Patrensis, vt Ti. Claudium demereretur, eiusdem filios etiamnum Infantes Nummis insculpsit. Duo Capita Cornubus copiæ imposita sunt Filiarum Claudij, scilicet Antoniæ, & Octauiæ, positum verò in medio Generosi Britannici, omnium ex Messalina filiorum Ti. Claudij.

Cibalis, seu Cibaris.

Vtrum Cibaritani Decuriones in Licaonia sequentes Nummos Ti. Claudio sacrauerint, vt Eruditissimo Patino placet in explicatione eorundem inter alios Æreos mediæ, & infimæ formæ relatorum fol. 100; *An verò ad Cibalis Pannoniæ Vrbis Decuriones (de qua præter alios* Antoninus Aug. in Itinerario Prouinciarum, *& quæ nunc Vrbs* Palma *dicitur) refferendi sint Eruditissimi Lectoris iuditium esto.*
TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM.
* C. CIB. D. D. PVB. In Corona Quercea. *Patin. Ind. f.* 6.
* C. CIB. D. D. Palma. *Ibidem.*
Scripseram hæc cum in Schedis Sponnianis Nummum hunc descriptum inuenio, & interpretatum diuersimodè. Sic enim scribitur C. C. I. B. *discretis àpunctis literis* C. I. B. *quas Eruditissimus* Vaillant. *sic explicat.* COLONIA CAMPENSIS IVLIA BABBA, *quam in Mauretania statuit* Plinius *lib.* 5. *cap.* 1. *cui ego accedo.*

Col. Claudiopolis.

In Isauria à Claudio hoc Augusto Colonia deducta, vt ex Marcellino eruditissimè Patinus.

.... * COL. C. C. Colonus agens Boues, cum quinque Labaris humi defixis. *Patin. Ind. fol.* 6.

Corinthus.

CLAVD. CÆS. Caput Claudij.
* C. ICINO II. VIR ITER COR. Pegasus insistens Parnasso. *Musæi Bidellij.*

Incerta.

.... * I. C. L. I. N. AVG. Iugum Bouum. *Schedæ Sponnianæ.*

Philippi.

Vrbs, & Colonia Macedoniæ ad Mare Mediterraneum Ægeum, Philippi Alexandri Magni Patrem Conditorem habuit, a quo nomen. Romanis in æternum memoranda, propter Iul. Cæs. & Pompei pugnam, nunc suis iacet ruinis.
TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
COL. AVG. IVL. PHILIP. Duæ Figuræ insistentes Basi, altera Imp. altera Iouis Lauream Capiti Imp. imponentis. In Basi legitur DIVVS AVG.

Col. Iul. Traducta.

.... * COL. IVL. TRAD. In Corona. *Schedæ Sponnianæ.*

24



VALERIA MESSALINA.

Portentosæ libidinis mulier, ab Epicrate Myconia dicta, quasi Murinam dixeris, à murium salacitate, vnde illud Martialis. *Nam cum me murem, cum me, tua lumina, dicas.* Hæc, & libidine, & auaritia omnes mulieres, quæ & ante illam, & postea fuerunt, & ad nostra vsque tempora longè superauit, tandem post multa flagitia perpetrata, in hortis Lucullianis Claudij iussu interêpta. *Dion. & Suet.*

VALERIA MESSALINA PRIMA CLAVDII VXOR.

Æ. VAL. MESSALINA AVG. Caput.
✻ TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. Caput Claudij. *Angellon. Tab. 49. n. 14.*
VALERIA MESSALINA AVGVSTA. Caput.
✻ TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM. Caput Claudij. *Pat. Suet. f. 269.*

25

AGRIPPINA.

Iulia Agrippina Germanici Cæsaris, & Agrippinæ Neptis Augusti Filia, Augusti Proneptis Caij Soror, Neronis Mater, Tiberij Claudij Imperatoris Coniux, vnicum humanæ felicitatis ad hunc diem exemplum, *Plinio* commemoratur; Quippe Patre Imperatore Nata, & Soror, & Vxor, & Mater, rebus Romanis Imperantium enituit, virilibusque curis muliebria vitia exuisse dicitur. Hæc primum Cn. Domitio in matrimonium tradita, suscepto que filio; Post mortem eius cessit in matrimonium Passieni Crispi, tandem defuncta Messalina partim studijs Pallantis, partim suis illecebris Patrui Coniugium obtinuit. Quod etsi incestum ad id tempus habebatur, arte tamen P. Vitellij perfectum est, vt à Senatu P. Q. R. eiusmodi Nuptiæ probarentur. Agrippina nihil humile sentiens, totam illico Ciuitatem ad se, suaq; imperata conuertit, Coniugium Octauiæ, cuius Nouerca erat (Claudij nimirum ex Messalina filiæ, Britannici Sororis, & adoptionem Neroni filio, sibi verò nomen, & appellationem AVGVSTÆ, citra negotium impetrat. Iàm, & socijs, & exteris Nationibus vim suam ostensura in Oppidum Vbiorum, vbi genita erat, quamque gentem Auus Agrippa, Rhenum transgressam, in fidem acceperat, Veteranos, Coloniamque deducit, Agrippinamque vocat; Nec his satiata, signis Romanis præsidere fœmina, Carpento in Capitolium vehi, quod solis Sacerdotibus concessum non extimuit. Claudio Naualis Prælij spectacula edenti, ipsa Chlamyde ex auro texta assedit, quemadmodum Auctores sunt *Plinius* lib. 33. cap. 3. & *Cornelius Tacitus* Historiæ Augustæ lib. 12. Hæc etsi ambitionem immodicam, ac ingens regnandi studium arguerent, attamen in Principe fœmina, & quæ se parti à suis Maioribus Imperij sociam vellet, ferri poterant. Sed interim impotentis animi mulier, opibus aliorum inhiare, cædibus Procerum, & propinquorum insistere, seque vulgare Libertis non destitit, quibus flagitijs compertis, Claudius quem iàm adoptionis pœnitere cœperat, per temulentiam fatale sibi esse ait, vt Coniugum flagitia ferret, deinde puniret. Tum territa Agrippina, simul atque leui ægritudine correptus est Claudius, occasionem eam non negligendam rata, venenum comparat adiuuante Locusta quadam veneficij damnata, veneno que cibo boletorum infuso Claudium perimit. Id facinus posteà adeò innotuit, vt Nero, boletos cibum Deorum appellare sit solitus, & ad Claudij Deificationem *Iuuenalis* scripserit.

Vilibus ancipites fungi ponantur amicis
Boletus Domino, sed qualem Claudius edit
Antè illum Vxoris, post quem nihil amplius edit.

Euecto ad Imperium filio, si vnquam alias, tùm primum dominandi cupidine flagrare cœpit; Senatu in Palatium vocato, discreta velo assidebat, singulorum sententias obseruans. Legatis Armeniorum causam Gentis apud Neronem orantibus ascendere suggestum Imperatoris, & præsidere simul parabat, nisi à proximis admonitus Nero, venienti Matri occurrisset, specie pietatis conatibus eius elusis. His rebus offenso Nerone, & quia sæpe acerbiùs ipsum obiurgabat, terrorem, & minas de Britannico intentans, magna parte potentiæ exuitur à filio, remouentur ab ea Militares Excubiæ, & Custodes Germani, seponitur in aliam Domum, ne Cœtu salutantium frequentaretur. Illico statim ab omnibus deseri cœpta. Tradunt nonnulli, cupiditate retinendæ potentiæ, Filio sui copiam, & incestum obtulisse. At Nero vitatis eius secretis congressibus quod prægrauem sibi iudicaret, interficere constituit. Impo-

sita

ſita igitur Naui fallaci, & ſolutili, vt in Mari mergeretur, vbi nando periculum hoc euaſit, immittuntur percuſſores, quorum vno ſtringente ferrum, vterum ipſa protendens, *ventrem feri*, exclamauit, & adiecit, *Hic eſt, hic eſt feriendus ferro, monſtrum, qui tale tulit.* Hac edita voce triſtem animam reddidit. Sunt qui tradant Agrippinam huius fati ſui non ignaram fuiſſe, idque ex Vaticinio cuiuſdam Mathematici, qui conſultus ab ea de fortuna Filij, cum ex Aſtrorum ſcientia reſpondiſſet, fore quidem, vt Imperaret, ſed Matrem occideret fertur illa, velut amens exclamaſſe: *Occidat, dum Regnet*. Perijt Principatus Filij anno quinto V. C. 812.

AGRIPPINA SECVNDA VXOR CLAVDII, GERM. CÆS. FILIA.

Aur. AGRIPPINÆ AVGVSTÆ.
VENVS COELESTIS. Venus ſtans, dextra Pomum, ſiniſtra Haſtam.
AGRIPP. DIVI CLAVD. NERONIS CÆS. MATER. Capita Neronis, & Agrippinæ ſe reſpicientia.
* NERONI CLAVD. DIVI F. CÆS. AVG. GERM. IMP. TR. P. Circum Coronam Ciuicam, in qua EX S. C. *Num. Arſcot. Tab.* 30. *num.* 1. 2.
Poſtremus hic Nummus, vt & alij in quibus vel CLAVDIVS DIVVS *dicitur, vel* NERO AVGVSTVS, *ab eodem Nerone in honorem matris cuſi ſunt, poſt adeptum Imperium, Claudiumque in Cælum migrare iuſſum.*
AGRIPP. AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CÆS. MATER. Capita Neronis, & Agrippinæ ſe reſpicientia.
* NERONI CLAVD. DIVI F. CÆS. AVG. GERM. IMP. TR. P. Circum Lauream, in qua EX S. C. *Patin. Theſaur.*

Ar. AGRIPPINÆ AVGVSTÆ.
* TI. CLAVD. CÆSAR AVG. GERM. P. M. TRIB. POT. P. P. Caput Claudij. *P. Minij.*
AGRIPPINA AVGVSTA MATER AVGVSTI. Caput Agrippinæ.
* NERO CLAVD. DIVI CLAVD. F. CÆSAR AVG. GERM. Caput Neronis. *Vaillant. Tom.* 2. *f.* 35.
. . . .
* AGRIPPINA AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CAES. MAT. Duæ Figuræ inſidentes Elephantorum Quadrigas. *Num. Arſcot. Tab.* 19. *num.* 24.

Æ. AGRIPPINA GERMANICI F. AVG. GAESARIS. Caput Agrippinæ velatum.
* S. C. (Figura muliebris ſedens, dextra Spicas gerens. *Vaillant. Tom.* 1. *f.* 19.
* (Arcus Triumphalis. *ibidem.*
AGRIPPINA AVG. GERMANICI F. CAESARIS AVG. Caput Agrippinæ,
Bigæ Mularum abſque alia inſcriptione. *Spanhemius fol.* 613.
AGRIPPINA AVGVSTA.
FLACCVS II. VIR. Duo Monſtra marina cum Icuncula.
* FLACCVS II. VIR. COR. Duo Monſtra marina cum nuda Venere Currui inſidente. *Pat. Suet. f.* 292.

NVMMI IN COLONIIS CVSI.
Corinthus.

AGRIPPINA CAESARIS AVGVSTA.
* Q. FLACIDIO II. VIR. COR. Triumphus marinus. *ex Theſ. Soderin. I. C. Bon.*

26



BRITANNICVS.

Britannicus Tiberij Claudij ex Valeria Meſſalina, quam tertio loco duxerat Vxorem filius, natus eſt vigeſimo die Imperij in ſecundo Conſulatu Claudio Patri deſtinato, cognomine à deuictis Britannis indito, cum antè Germanicus vocaretur, eum Paruulum etiam tum, & Militibus pro concione manibus geſtans, & Plebi per ſpectacula gremio, aut ante ſe continens Pater aſſiduo commendabat, fauſtisq; ominibus acclamantium Turba proſequebatur; Poſteà tamen ab Agrippina ità immutatus eſt Claudius, vt adoptatum Neronem filio præponeret, non ſinè multorum reprehenſione. Nero ſimul, atque Imperium adeptus eſt, fratrem poſtremum Claudiorum ſanguinem veneno ſuſtulit V. C. 808. Facinus id Principatus noui primum, prudentes, ac cordatos homines fallere non potuit, nam liuoribus, & maculis, quas toto corpore venenum excitarat, abundè proditum eſt. Nero ad contegendas eas, corpus gypſo liniri iuſſit; Verum cum id efferretur, decidente copioſo imbre detectum eſt tectorium, & ſceleris immanitas omnibus patuit.

CL. BRITANNICVS CL., ET MESSALINAE FIL. CAESAR, *Annorum* 14. *à Nerone veneno ſublatus.*

COSS. Nero Auguſtus, L. Antiſtius Vetus. *A.V.C.*808. *Chriſti* 55.

Æ. ΚΛΑVΔΙΟC. ΒΡΕΤΑΝΙΚΟC. ΚΑΙCΑΡ. Caput Iuuenile.
* ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ. Deus Alabandus nudus, dextra Carbunculum, ſiniſtra Bacillum. *Triſtan. Tom.* 1. *f.* 200.

. . . .

. . . . BPETANIKOC. Caput Iuuenile.
KO. MHTPOΠOΛEΩC. EΠI. MINΔIOV. BAΛO . . . . Dimidiata Nauis, in qua Caput Galeatum hinc, & indè adstantibus duabus figuris paludatis, & hastatis. *ex Spanhemio Tristanum emendante f. 648.*
BPITANNIKOΣ. Caput Britannici.
* . . . . . . Caput Neronis. *ex Vaillant. Sponnius.*
* Capita Claudij, & Agrippinæ.
* KAICAP. BPETANIKOC. Britannicus stans, & togatus. *Spanhem. f. 649.*

27

NERO.

Nero Romæ nascitur, Cn. Acerronio Proculo, & C. Pontio Nigrino Coss. A.V.C. 790. Cn. Domitio Ahenobarbo Patre, Iulia Agrippina Germanici filia Matre. In eius genitura multa, & formidolosa acciderunt. Trimulus Imperante Caio, Patrem, ac hæreditatem amisit. Verùm à Claudio paterna bona obtinuit, ac Victrici hæreditate ditatus, gratia etiam Agrippinæ Matris ab exilio reuocatæ, vsque eò cœpit florere, vt miserit Messalina Vxor Claudij, qui eum, vti Britannici æmulum strangularent; Sed illi Dracone è Puluino prolato fugiebant, & postea deprehensæ sunt circum ceruicalia Serpentis exuuiæ. Tredecim annorum à Claudio est adoptatus, & Annio Senecæ tunc Senatori in disciplinam traditus. Anno ætatis 17. Imp. fit à Militibus, cùm promisisset eis tantundem pecuniæ, quantum Claudius dederat; Cæsar factus cùm dè supplicio cuiusdam capite damnati, vt ex more subscriberet, admoneretur, *Quam vellem*, inquit, *nescire literas*. In Achaia Isthmum perfodere aggressus est, & rastello humum primus perfossum, humeris extulit. Valdè prodigus fuit, & nullam vestem bis induit, piscatus est reti aureo, purpura funibus nexis, & soleis Mularum argenteis profectus est cum Vxore Poppæa. Agrippinam Matrem increpantem grauiter tulit, cui Baias euocatæ lacunar frustrà laxauit, corrupto nauigio inde tamen enatauit; Deinde occidi eam iussit, quem cùm dissecarent astitit, & quædam membra vituperauit, quædam laudauit.

Duas item Coniuges, Octauiam, & Poppæam, & multos præstantes viros interfecit, & inter hos Senecam Præceptorem, cùm priùs persanctè iurasset, periturum se potius, quam ei nociturum. Exercuit magnam sæuitiem in Christianos, hac occasione, quod cum magna pars Vrbis incendio perijsset, quod ipse volente eius familia direptionum causa excitauerat, falsò dixit auctores esse Iudæos, quo nomine tunc, & Christianos comprehendebant. Ipse quoque aliquando Vrbem incendit pertæsus Antiquorum Ædificiorum; Arsit quicquid memorabile ex Antiquitate durauerat: quod incendium è Turri Mæcenatis prospectans, lætus Halosin Ilij decantauit scenico habitu. Senatum vniuersum veneno necare, & Vrbem à Gallis incendi permittere voluit. Tandem audita contrà eum Galbæ defectione, collapsus, & animo fractus, diù sine voce iacuit; postea caput conuerberauit, & vestem scidit, præteritorum veniam in Foro precari voluit, sed timuit, ne priusquam illùc veniret, discerperetur. Cum Galbæ Exercitus superueniret, monitus, vt specum egestæ arenæ subiret, negauit se viuum sub Terram iturum, Militibus ad supplicium eum quærentibus ferrum iugulo adegit, iuuante Epaphrodito à Libellis. Prodijt aliquando sine cinctu, & discalceatus, imitari volens facta Herculis, Leone ad eam rem comparato, & Romam Neropolim, & Mensem Neroneum appellari voluit. Interitum eius, ac cum eodem Imperantis Iuliorum Stirpis, Lauri, quæ à Liuia plantatæ fuerant, & genus albarum Gallinarum, quæ antè occiderant, non obscurè denunciarunt. *Suetonius initio de Vita Galba.*

L. DOMITIVS NERO L. DOMITII, ET AGRIPPINAE FILIVS À TI. CLAVDIO ADOPTATVR, ET NERO CLAVD. DRVSVS GERM. TI. CL. AVG. F. DICITVR.

A.V.C. 804. Christi 51.

COSS. Ti. Cl. Aug. V. Ser. Cor. Scipio Orfitus.

Nero Togam virilem sumit, Cæsar dicitur Princeps Iuuentutis.

Aur. NERO CLAVD. CAES. DRVSVS GERM. PRINC. IVVENT.
SACER. COOP. IN OMN. CONL. SVPRA NVM. EX S.C. Tripus, Capeduncula, Lituus, Patera.
Neronis Cæsaris Nummus est, atque, vt ex Tacito *constat, annorum XIIII., cùm Proconsulatum extrà Vrbem obtinuisset, simul Princeps Iuuentutis fuit dictus. DRVSI quidem vox suspicionem de altero Claudio facilè obiecerit, sed scimus ex alys quoque, ipsum hoc Cognomine Patris vsum, cum alius nunquam Cæsar, sed Imperator in Nummis scribatur.*
NERONI CLAVDIO DRVSO GERM. COS. DESIG.
EQVESTER ORDO PRINC. IVVENT. In medio Clypeo.

. . . .
* SACERD. COOP. IN OMN. CONL. SVPRA NVM. Circum Coronam querceam, in qua EX S. C. *Num. Arscot. Tab. 21. n. 5.*
Principes Iuuentutis appellati sunt illi, quos ex propria Familia Augusti eligebant, vt ijsdem in Dominatione succederent, sic Caius, & Lucius Agrippa fily ab Augusto adoptati Principes Iuuentutis dicti sunt, vt nunc Nero à Ti. Clandio Patre. Principes Iuuentutis nomini, & dignitati, vel Pontificatus, vel Auguratus accedebat, vt eò reuerentia Principi pararetur, Ti. Cl. verò eodem tempore Neronem Principem Iuuentutis in omnia Conlegia Pontificalia coop-

cooptari, supra numerum S. C. curauit, vndè maior eidem maiestas, & reuerentia conciliaretur, quod indicant Nummi. Cæterum de Principis Iuuentutis origine, honoribus, & prærogatiuis adeundus Illustrissimus Spanhemius *in præclaro Opere Dissertatione octaua.*

Ar. NERO CLAVD. CAES. DRVSVS GERM. PRINC. IVVENT.
SACERD. COOPT. IN OMN. CONL. SVPRA NVMERVM EX S. C. Tripus, Capeduncula, Lituus, Patera.
NERONI CLAVDIO DRVSO GERM. COS. DESIG.
EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENT. In medio Clypeo.

Æ. CAESAR GERMANICVS. Caput Laureatum Neronis.
* S. C. In medio Coronæ Laureæ. *Ind. Pellegrini Ascanij.*
Germanici Cognomen, Neroni Cl. Druso, Ti. Cl. Aug. Patri, in funere delatum, ad eiusdem successores descendebat, hinc à Ti. Claudio Aug. filio Drusi, ad Neronem eiusdem adoptiuum filium defluxit, cùm in Familiam Claudiam transijt.
NERO CLAVD. CAES. IMP. ET OCTAVIA AVG. F. Capita Neronis, & Octauiæ se respicientia, super quæ duo Sydera.
* NERO CLAVDIVS IMP. LVRINO VOLVMNIO II. VIR. Caput Neronis. *Ind. Cauotorta.*
Hic Nummus antè Cl. mortem cusus, cum nec Nero AVGVSTVS *dicatur, sed tantum* CAESAR, *&* Octauia AVG. F. *sine Paternæ Consecrationis nota appelletur.*

NERO CLAVD. CAES. AVG. P. P. COS. DES. P. M. TR. P. IMP.
Mortuo Ti. Claudio A. D. III. Id. Octobris.

COSS. Q. Asinius Marcellus. M. Acilius Auiola. *A.V.C. 807. Christi 54.*

Au. IMP. NERO CAESAR AVG. P. P.
IVPITER CVSTOS. Iupiter sedens, dextra fulmen, sinistra Hastam.
NERO CAESAR AVGVSTVS. *in alio* GERMANICVS.
SALVS. Figura sedens, dextra Pateram.
ROMA. Figura insidens spolijs.
NERO CAESAR.
AVGVSTVS GERMANICVS. Figura radiata stans, sinistra Globum cum Victoriola, dextra Ramũ.
Simulachrum Diui Claudij, qui Neronem adoptauit, cum is Germanicus diceretur, putauit Occo esse figuram superiorem; ego verò Neronis, qui AVG. GERM. *dictus est, vt Pater.*
IMP. NERO CAESAR AVGVSTVS.
* SALVS. Figura Cathedræ insidens, dextra Pateram. *M. N.*
* AGRIPP. AVG. DIVI CLAV. NERONIS CAES. MATER. Quadriga Elephantorum, in qua Nero, & Agrippina sedent. *Num. Arscot. Tab. 21. n. 6.*
Hunc Nummum illustrat *Sueton.* scribens. *Matri summam omnium rerum publicarum, priuatarumque permisit,* ac deinceps; *eiusdem sæpè lectica per publicum simul vectus est.*
NERO CAESAR AVG. IMP.
* PONTRIF. MAX. TR. POT. Circa Coronam Querceam, in qua EX S. C. *Num. Arscot. Tab. 21. n. 1. 2.*

. . . .
* LEIBERTAS. Caput Libertatis. *Vaillant. tom. 2. f. 38.*
* AGRIPP. AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CAES. MATER. Corona Quercea, in qua S.C. & circum NERONI CLAVD. DIVI CAES. AVG. GERM. IMP. TR. P. *Ex Musæo Ruzini I. C. Bon.*

Ar. IMP. NERO CAESAR AVG. P. P.
IVPITER CVSTOS. Iupiter sedens, dextra Fulmen, sinistra Hastam.
NERO CAESAR AVGVSTVS. *in alio* GERMANICVS.
AVGVSTVS. AVGVSTA. Duæ Figuræ stantes, alia radiata, dextra Pateram, sinistra Hastam puram, alia dextra Pateram, sinistra duo Cornucopiæ.
Placuit Neroni Iuliorum Familiæ vltimo, Augustum, Liuiamque Auiam suam honoribus prosequi, cùm illis, tanquam Dijs, statuas erexerit, earumque exempla hoc Nummo impresserit cum Pateris in manibus, quæ Numinis sint argumentum, quoniam ex his libabatur, Antiquorumque Dij sæpius his significabantur.
CONCORDIA AVGVSTA. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.
IVPITER CVSTOS. Iupiter sedens, dextra Fulmen.
VESTA. Templum Vestæ.
ROMA. Insidens spolijs.
* SALVS. Dea Salus. *Num. Fasch.*
IMP. NERO CÆSAR AVGVSTVS.
* IVPITER CVSTOS. Figura sedens, dextra Fulmen, sinistra Hastam. *M. N.*
NERO CLAVD. DIVI CLAVD. F. CÆSAR AVG. GERM. Caput Neronis.
* AGRIPPINA AVGVSTA MATER AVGVSTI. Caput Agrippinæ. *Vaillant. Tom. 2. f. 35.*

. . . .
* IVPITER LIBERATOR. Iupiter sedens, dextra Fulmen. *Vaillant. Tom. 2. f. 38.*
NERONI CLAVD. DIVI F. CÆS. AVG. GERM. IMP. TR. P. EX S. C. In Corona Quercea.
AGRIPP. AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CÆS. MAT. *in alio* MATER. Capita Neronis, & Agrippinæ aduersa.
NERO CLAVD. CÆS. AVG. GERM. PRINC. IVVENT. Caput Neronis Laur.
* AGRIPPINÆ AVGVSTÆ. Caput Agrippinæ Corona triticea ornatum. *Vaillant. Tom. 2. f. 37.*
NERO CLAVD. DIVI CLAVDII F. AVG. Caput Neronis iuuenile Laur.
* Victoria alata, sinistro pede Globum calcans, dextra aliquid Clypeo inscribit. *Patin. Thesaur.*
IMP. N. CLAVD. DIVI CLAVD. AVG. F. CÆSAR AVG. GERM. Caput Neronis Laur.
* Victoria Globo insidens, sinistra Lauream. *Quinarius Musæi Dauiæ.*

Æ. NERO CLAV. CÆS. AVG. IMP. VRINO VOLVMNIO. Caput Neronis cum Hasta.
NERO CLAV. CÆS. AVG. IMP. OCTAVIA AVG. Caput Neronis cum Sole, & Octauiæ cum Luna.

NERO CLAV. CÆS. AVG. GERM. Basis cum Scuto.
P. M. TR. P. IMP. P. P. Cum ramo Lauri, & Noctua.
NERO CLAV. CÆSAR IMP. Caput Neronis cum Lituo, *Auguratus Insigne, seu, vt verius puto, Pontificatus Maximi nota.*
S. C. In Corona Ciuica.
NERO CLAVD. CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. *in alijs* GER. *in alijs* TR. P. P. P.
ANNONA AVGVSTI CERES S. C. Fortunæ stantis, & Cereris sedentis Typus, cum Tæda, & Rostro Nauis.
AVGVSTI PORT. OST. S. C. Portus Ostiensis cum septem Nauigijs, & Fluuio propè Scapham decumbente. *M. N.*
GENIO AVG. S. C. II. Deus Genius ad Aram, sinistra Cornucopiæ, dextra Pateram.
* PORT. AVGVSTI S. C. Eodem Typo. *Vaillant. Tom. 1. f. 21.*
Vt Nummus superior ad Portum Ostiensem à Ti. Cl. incœptum, à Nerone verò absolutum referendus est sine dubio, sic hic ad Portum à Nerone constructum, cum Antium (Volscorum olim Vrbem, vbi Nero generatus fuisse perhibetur) Coloniam deduceret, ibi enim Portum operis sumptuosissimi fecit, vt docet Sueton.
* ROMA S. C. Roma spolijs insidens, vt in alijs infrà. *Ind. Cauotorta.*
SÆCVLO FECVNDO. *Golzius Thes. 9.*
* SECVRITAS AVG. S. C. II. Figura sedens, dextra Caput sustentans, sinistra Hastam, antè quam Ara cum Igne. *Ind. Pellegrini Ascan.*
NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERMANICVS.
EX CONSENSV . . . . Taurus.
IM. NERO CLAV. CÆSAR. Caput Neronis cum Lituo, *in alio* IM. NER. CLAV. CÆSER. *in alio* IMP. NER. CLAV. CÆSAR. *Ex Ind. Polatio.*
* S. C. In Laurea.
NERO CLAVDIVS AVG.
* EX CON. C. C. II. Pons trium Arcuum. *Tristan. tab. 1. f. 216.* explicat EX CONSENSV CIVITATVM CAMPANIÆ DVARVM.
Caput Neronis absquè inscriptione.
* B. C. | R. S. In medio Nummo. *M. N.*
T. G. | F. B.
NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. *in alio* CLAV. *in alio* GERM.
* ADLOCVT. COH. S. C. Nero cum Burro in substructione alloquitur Cohortes propè Porticum stantes, cum duobus Signis Militaribus. *M. N.*
ANNONA AVGVSTI CERES S. C. Vt superior, cum Fortuna, & Cerere.
* AVGVSTI PORT. OST. S. C. Portus, vt in alijs. *Ind. Cauotorta.*
* GENIO AVG. II. S. C. Deus Genius ad Aram, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ. *Num. Fesch.*
* ROMA S. C. Roma Galeata insidens spolijs, dextra Victoriolam protendens, læua Parazonium. *Ind. Cauotorta.*
IMP. NERO CÆSAR AVGVSTVS.
Tria Signa Militaria. *Num. Fesch.*
NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. *in alio* GER.
* ADLOCVTIO COH. S. C. Imp. Laureatus, cum alia Figura in substructione tres Milites alloquitur, cum tribus Signis Militaribus stantes. *Angellon. f. 61. n. 18.*
IMP. NERO CÆSAR AVG. P. MAX. TRI. P. P. P.
* AVGVSTI PORT. OST. S. C. Portus Ostiensis, vt in superioribus ex Æ. medio. *Ex Musæo Paparotio.*
* GENIO AVGVSTI S. C. Vt superiores. *Musæi Cospiani.*
* GENIO AVG. S. C. II. Deus Genius, vt superiores. *Num. Fesch.*
NERO CLAV. CÆ. AVG. GER. | Hasta, & Scutum ad pedes Columnæ, cui Galea insistit.
* | Ramus Lauri. *Ind. Polatio.*
* CONCORDIA AVGVSTA S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ. *ibid. n. 14.*
* CONCORDIA AVG. S. C. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam puram. *Oysel. tab. 83. n. 4.*
* CONCORDIA P. R. S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra duo Cornucopiæ. *ibid. n. 9.*
* IVPITER LIBERATOR P. C. Iupiter stans. *Pat. Ind. f. 7.*
P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C.
* . . . . MAX. TRIB. POT. P. P. S. C. Miles stans. *ibidem.*
NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GER. Nero Iuuenis Laureatus.
* PON. MAX. TR. P. IMP. P. P. S. C. Figura Militaris Galeata insidens spolijs. *Musæi Cospiani.*
IMP. NERO CÆSAR AVG. P. MAX. TR. P. P. P.
SECVRITAS AVGVSTI S. C. Figura sedens, sinistra Hastam, dextram Capiti admouens.
* S. P. Q. R. OB CIV. SER. In Corona Quercea. *Musæi Paparotti.*
NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. *in alio* GERM.
* GENIO AVGVST. S. C. Vt superiores. *Ind. Cauotorta.*
* ROMA S. C. Figura insidens Thoraci, dextra Victoriolam, sinistra Parazonium, ad pedes Scuta, & Galeæ. *M. N.*
IMP. NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. *in alio* CÆS. *Ind. Cauotorta. in alio.* TR. POT. P. P. *ibidem.*
* ROMA S. C. Roma Galeata Thoraci insidens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam, circum Scuta. *M. N.*
NERO CLAV. CÆSAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.
* PORT. AVG. S. C. Portus cum Neptuno sedente, & pluribus Nauibus. *Thes. Theupol.*
NERO CLAVD. CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
S. C. Congiarium cum sex Figuris.
NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.
* CONGIAR. DAT. POP. S. C. Nero togatus assistentibus alijs Figuris, in substructione sedens, distribuit Congiarium. *Vaillant. Tom. 1. f. 21.*

CON.

CONG. I. DAT. POP. S. C. Imp. Laureatus sedens in substructione, antè quam figura muliebris, sedens Congiarium distribuit, tribus alijs Figuris, propè Imperatorem Miles stans.
* CONGI. I. DAT. POP. S. C. Vt superior. *ex Indice Polatio.*
* S. C. Imp. in vna substructione sedet, antè quem alia Figura: In alia substructione Figuræ duæ, alia stans cum Hasta, alia sedens Congiarium distribuit Figuræ scalam ascendenti, propè quam alia Figura parua, in substructione secunda, alia Figura stat cum Congio. *M. N.*

Cum Imperij habenas sumebant Augusti, vt Plebem, & Milites benefactis obstringerent, his donatiuum, illi Congiarium distribuebant, quod & Neronem fecisse Nummi docent, quod etiam ex parte firmat Dio, *scribens:* Natus erat decem, & septem annos, cum Imperare cæpit, deinde profectus ad Exercitum, lectis ijs, quæ Seneca scripserat, Militibus quantum eis Claudius dederat promisit.

NERO P. M. TR. P. I. II. COS. IMP.

COSS. Nero Augustus. L. Antistius Vetus. — *A.V.C.*808. *Christi* 55.

Vologeses Parth. Rex à Corbulone victus obsides tradit.

Aur. * NERO CLAVD. DIVI F. CÆS. AVG. GERM. IMP. TR. P. COS. Capita Neronis, & Agrippinæ aduersa, *in alio* Iugata. *Patin. Thesauro.*
AGRIPP. AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CÆS. MATER. EX S. C. Quadrigæ Elephantorum, quibus Nero, & Agrippina insident signum militare tenentes.
NERO CLAVD. DIVI F. CÆSAR AVG. GERM. P. M. TR. P. COS.
Quadriga Elephantorum. *ex Musæo Ruzini I. C. Bon.*

Ar. NERO CLAVD. DIVI F. CÆS. AVG. GERM. IMP. TR. POT. COS. Capita Neronis, & Aprippinæ aduersa.
AGRIPP. AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CÆS. MATER EX S. C. Quadrigæ Elephantorum, vt in aureo.
NERO CLAVD. DIVI F. CÆS. AVG. GERM. IMP. TR. P. COS. Caput Neronis, Capiti Agrippinæ suprapositum.
* AGRIPP. AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CÆS. MAT. EX S. C. Currus à quatuor Elephantibus tractus, cui insident duæ figuræ. *R. P. Cattanei.*

Æ. NERO CÆS. AVG. IMP.
* TR. PON. S. P. P. S. C. Figura Galeata Thoraci insidens, dextra Lauream, sinistra Parazonium. *M. N.*
* TR. POT. P. P. S. C. Figura sedens, vt superior. *Ind. Cauotorta.*
IMP. NERO CÆSAR AVG. P. MAX.
* Lectisternium, in quo Dea iacens, Angui pabulum præbet. *Ind. Cauotorta.*
IMP. NERO CÆS. AVG. PONT. MAX. TR. POT. P. P.
* ROMA S. C. Roma Galeata spolijs insidens, dextra Palladium portendens, *Ind. Cauotorta.*
NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.
SECVRITAS AVGVSTI S. C. Securitas sedens, vt superior. *ibidem.*
NERO CL. CÆSAR. Caput Laur.
* Q. FVL. FLACCO II. VIR. GEN. Deus Genius stans, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ. *Num. Fasch.*
IMP. NERO CLAV. CÆSAR. Caput Neronis, antè quod Serpens.
* S. C. In Corona laurea. *P. Cattanei.*

NERO TR. P. II. III. COS. IMP. II.

COSS. Q. Volusius Saturninus. P. Cor. Scipio. — *A.V.C.*809. *Christi* 56.

Æ. NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GER. P. M. TR. P. II. P. P. P.
* Athleta in Quadrigis, quorum Equi singuli, singulos Ramos Palmæ capitibus ferunt, *Musæi Paparotti.*

Narrat Dio. in Neron. *eundem cursu, & Equorum certaminibus delectatum, ità vt ob eam caussam, insignes Equos Victores, & iam senio confectos, stola forensi, non secus quam homines ornaret, eosque honestaret pecunia, stipendij loco, ex quibus caussam signandi in Nummis Aurigas, Athletas, & Equorum decursiones sat edi scimus.*

NERO TR. P. III. IV. COS. II. DES. III. IMP. II.

COSS. Nero Aug. II. L. Calp. Piso. — *A.V.C.*810. *Christi* 57.

Aur. NERO CÆSAR AVG. IMP.
PONTIF. MAX. TR. P. III. COS. II. *in alio* P. P. EX S. C. Corona Quercea.
PONTIF. MAX. TR. P. IIII. P. P. EX S. C. Corona Quercea.

Ar. NERO CÆSAR AVG. IMP.
PONTIF. MAX. TR. P. III. COS. II. *in alijs* P. P. EX S. C. Corona Quercea.

Æ. NERO CLAVD. CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP.
CONGIAR. II. DAT. POP. Imp. distribuit Congiarium.
NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. *In alio* GER. ET P. P. *Ind. Cauotorta.*
* CONG. II. DAT. POP. S. C. Imp. in substructione Congiarium distribuit quatuor alijs figuris. *ex Schedis Pedrusianis.*

Tacitus Annal. 13. *Cæterum Colonia Capua, atque Nuceria, additis Veteranis firmata sunt, plebique Congiarium, quadringeni Nummi viritim dati, & sestertium quadrigenties Ærario illatum, ad retinendam populi fidem.*

NERO

NERO TR. P. IV. V. COS. III. IMP. III.

A.V.C. 811. Christi 58. *COSS. Nero Aug. III. M. Valer. Messalla.*

Corbulo Armeniam subigit, cogitque Tiridatem, Armeniæ Regnum à Nerone accipere. Hinc Ianus clusus.

Aur. NERO CÆS. AVG. *in alio* GERM. IMP.
PONTIF. MAX. TR. P. V. P. P. EX S. C. Figura Galeata stans, cui sub sinistro pede Globus, dextra Clypeus.
NERO CÆSAR AVGVSTVS.
PACE P. R. VBIQVE PARTA IANVM CLVSIT. Templum Iani.
PACE P. R. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT. Templum vt superius.
NERO CLAVD. CÆS. AVG. GERM.
P. M. TR. P. IMP. P. P. Figura insidens spolijs, dextra Lauream.
Ar. NERO CÆS. AVG. *alij* GERM. IMP.
PONTIF. MAX. TR. P. V. P. P. EX S. C. Figura Galeata stans, sinistro pede Globum calcans, dextra Clypeum tenens.
NERO CÆSAR AVGVSTVS.
* ARMENIAC. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Pat. Suet. f. 322., vbi hunc Nummum egregiè, vt solet, explicat, ad Victoriam Corbulonis referens.*
. . . .
* PONT. MAX. TR. P. COS. III. P. P. EX S. C. Imp. Chlamydatus Orbem calcans. *I. C. Bon.*
* PACE P. R. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT. Templum Iani. *I. C. Bon.*
Æ. NERO CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
ARA PACIS. Ara.
IMP. NERO CLAVD. CÆS. AVG. GERM.
PACE P.R. VBIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Templum Iani clausum.
IMP. NERO CÆSAR AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. P. P.
PACE P.R. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Vt superior.
NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. *in alio* GERM.
* PACE P.R. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Vt superior. *M. N.*
* S. C. Victoria gradiens Scutum tenens, in quo S. P. Q. R. *Musei Cospiani.*
NERO CÆSAR AVG. GERM. IMP.
* PACE P. R. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Vt superior. *M. N.*
* PACE P. R. VBIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Vt superior. *M. N.*
IMP. NERO CÆSAR AVG. GERM.
* PACE P. R. VBIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Vt superior. *M. N.*
IMP. NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GER. P. M. TR. P. P. P.
* PACE P.R. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Vt superior. *Num. Fasch.*
IMP. NERO CÆSAR AVG. PONT. MAX. TR. POT. P. P.
* S. C. Arcus, in quo Quadrigæ Triumphales. *M. N.*
IMP. NERO CÆSAR AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. P. P.
S. C. Arcus vt superior.
NERO CÆSAR AVG. GERM. IMP.
S. C. | Victoria cum Clypeo, in quo S. P. Q. R.
| Figura alata, & stolata, dextra Globum tenens, in quo S. P. Q. R.
* PACE P. R. TERRA, MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Vt superiores. *Ind. Cauotorta.*
* NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P.P. *in alijs verò* NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. *Ind. Polatio.*
VICTORIA AVGVSTI S. C. Victoria dextra Lauream, sinistra Palmam.
* VICTORIA AVGVSTI II. S. C. Eodem Typo. *Num. Fasch.*
IMP. NERO CAESAR AVG. P. MAX. TR. P. P. P. *in alio* TR. POT. *Ind. Cauotorta.*
S. C. Victoria, dextra Clypeum, in quo S. P. Q. R.
* VICTORIA AVGVSTI S. C. Victoria gradiens, dextra Sertum, sinistra Palmam. *M. N.*
IMP. NERO CAESAR AVG. GERM.
* S. C. | Victoria dextra Clypeum, in quo S. P. Q. R. *M. N.*
* | Victoria stans dextram Clypeo imponens. *Musei Moscardi.*
IMP. NERO CAESAR AVG. P. MAX. TR. P. P. P.
* ARA PAC. S. C. Ara. *Scheda Pedrusiana.*
* ARA PACIS S. C. Ara vt superior. *Ind. Polatio.* Ara diuersa à superiori. *ibidem.*
IMP. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. P. P.
* S. C. Arcus, vt superiores. *Ind. Cauotorta.*
NERO CLAVDIVS CAES. AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.
* S, C, | Roma insidens spolijs dextra extensa cum Laurea, sinistra Parazonium. *Ind. Polatio.*
* | Arcus vt superiores. *Ind. Cauotorta.*
* PACE P. R. VBIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Vt superiores. *ibidem.*
IMP. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. PONT. M. TR. P. P. P.
PACE P.M. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT S.C. Iani Templum clausum. *Ind. Cauotorta.*
. . . .
* EX S. C. OB CIVES SERVATOS S. P. Q. R. In gyrum disposita Inscriptio, intrà duas Laureas, in quarum medio Sidus. *Ex Ind. Polatio.*
* S. C. Victoria Facem manu tenens. *Ex Ind. Polatio.*
NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.
* PACE P. R. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Templum Iani. *Musei Cospiani.*
IMP. NERO CÆSAR P. MAX. TR. P. P. P.
* PACE P. R. VBIQVE PARTA IANVM CLVSIT S. C. Templum Iani. *Musei Cospiani.*

NERO

NERO TR. P. V. VI. COS. III. IMP. III.

COSS. C. Vipsan. Poblicola Apronianus. L. Fonteius Capito. *A.V.C.812. Christi 59.*

Matrem Agrippinam occidi iubet, ludosque magnificentissimos in eius honorem edit Nero.

Æ. NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.
* CONGIAR. III. DAT. POP. S. C. Nero Togatus assistentibus alijs Figuris, in substructione sedens distribuit Congiarium. *Vaillant. Tom. 1. f. 21.*
Ludos maximos, & magnificentissimos à Nerone in Matris honorē post eam occisam fusè describit Dio., *interque alia magnificè facta; speciem Congiarij Populo dati, scribens:* Etenim magnificentissima quæque, & lautissima, quibus homines vescuntur, cæteraque omnia pretiosissima, Equos, Mancipia, Vehicula, Aurum, Argentum, Vestem diuersi generis, in signis, & notis quibusdam dabat; Iaciebat enim ad Plebem paruos Globos inscriptos, tanquam in singulis eorum aliquid inesset, & vt quisque signum collegerat, ita ei largiebatur.

NERO TR. P. VI. VII. COS. IV. IMP. III.

COSS. Nero Aug. IV. Cossus Cor. Lentulus. *A.V.C.813. Christi 60.*

Certamen Quinquennale Romæ institutum.

Au. NERO CÆS. AVG. IMP.
PONTIF. MAX. TR. P. VII. COS. IIII. P. P. EX S. C. Figura muliebris stans tunicata, & velata, dextra Spicas, læua Facem. *Ex Cimelijs D. Io. Ant. Luparini I. C. Bon.*
NERO CÆSAR AVG. IMP.
PONTIF. MAX. TR. P. VI. COS. IIII. P. P. EX S. C. In Corona Quercea.
Ar. NERO CÆS. AVG. IMP.
* PONTIF. MAX. TR. P. VII. COS. IIII. P. P. Corona Laurea, in qua EX S. C. *Thes. Theupol.*
NERO CÆSAR AVG. IMP.
Tria Signa Militaria absquè alia inscriptione.
NERO CLAVD. CAESAR AVG. IMP.
PONTIF. MAX. TR. P. COS. IIII. P. P. Figura stans dextra Ramum, sinistra Hastam.
. . . .
* PONTIF. MAX. TR. P. VII. COS. IIII. P. P. EX S. C. Figura muliebris, dextra duos Ramos, sinistra Facem oblongam. *Num. Arscot. tab. 20. n. 10.*
Æ. IMP. NERO CAESAR AVG. P. M.
Tria Signa Militaria absquè inscriptione.
NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.
MAC. AVG. S. C. Aedificium pulcherrimum, quod Macellum Neronis vocant.
NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M.
Quatuor Pisces, Polippus, Sepia, Cammarus, Pompilus.
Hunc Nummum egregiè illustrauit in præclaro Opere Illustrissimus Spanhemius.
NERO CAESAR AVG. IMP.
CERTA. QVINQ. ROM. CONST. Mensa, in qua Corolla, & Olla.
NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERMANICVS.
* CER. QVINQ. ROMAE CONS. S. C. Vt superior. *M. N.*
NERO CAES. AVG. IMP.
* CERTA. QVINQVE ROM. CO. S. C. Vt superiores. *Ind. Cauotorta.*
Nerone quartum, Cornelio Cosso Coss. Quinquennale ludricum Romæ institutum est, ad morem Græci certaminis, varia fama, vt cuncta ferè noua. Tacit. Annal. lib. 4.
Testatur Dio. *pro salute, & diuturnitate Imperij hoc Certamen Quinquennale institutum, & Neronia appellatum, eiusq; causa Gymnasium ædificatum, in cuius Dedicatione Equitibus, ac Senatoribus oleum gratis distributum.*
IMP. NERO CAESAR AVG. P. MAX. *in alio* P. M.
* EVTVMIVS. Athleta in Quadrigis, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Tristan. t. 1. f. 217.*
* Circus cum Meta, & Obelisco, in Circo quatuor Aurigæ Quadrigam deducentes, Cybeles Leone vecta, alius Leo, Lepus, & Canis Circi spatia decurrentes. *Angellon. f. 61. n. 19.*
Circus maximus, cum Metis, Obelisco, & Hypodromo.
NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IM. III. P. P.
* DECVRSIO S. C. Duæ Figuræ Equestres decurrentes vna cum Hasta, alia cum Labaro. *Musæi Cospiani.*
NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. *in alio* GERM. *& in alijs* CAES.
DECVRSIO S. C. Duo Equites decurrentes.
* DECVRSIO. Figura Equestris præeunte Milite, alio subsequente. *M. N.*
* Serpens sub Arbore erectus ante Aram, Poma Aræ imposita appetere videtur. *Tristan. tom. 1. f. 221.*
* Serpens sub Arbore erectus ante Aram, ex qua Flamma erumpit. *Angellon. f. 61. n. 6.*
SABINAE. Raptus Sabinarum, in quarum medio tres Obelisci.
IMP. NERO CAESAR AVG. P. M.
* Lectisternium, in quo Figura muliebris decumbit, dextra Pateram porrigens Serpenti erecto in imo Lectisternij. *Angellon. f. 61. n. 14.*
NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Laureatum, antèquod Ramus Palmæ.
* STEFANAS. Athleta in Quadrigis, dextra Arcum, & Lauream, sinistra Palmam: Quatuor Equi singuli habent Capitibus alligatum Palmæ Ramum. *Tristan. Tom. 1. f. 222.*
NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.
* Figura Venatoris propè Arborem, Iaculum in Aprum intendentis, cum Cane Aprum mordente. *Ex Musæo Moscardo.*

IMP. NERO CAESAR AVG. P. M.
* Milo nudus, vitta circa caput volitante, vnica manu binos Tauros tenens. *Num. Arscot. tab. 20. n. 23.*
NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.
* S. C. | Templum Figuris ornatum, suprà quod plures Equi, *Ind. Pellegrini Ascanij.*
* | Macellum, seu Aedificium superiùs descriptum, absquè alia inscriptione. *Ind. Polatio.*

* NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM. Ara cum Serpente. *Num. Arscot. tab. 21. n. 9.*
* Quadrigæ, in quibus Imp. dextra Sceptrum, & Lauream, sinistra Palmam, cum quatuor Palmis Equorum Capitibus impositis. *Pat. Suet. f.* 304.
* Figura muliebris Rupi insidens, antè quam stat alia nuda religatis à tergo manibus, ponè hanc alia Figura, quæ è terra surgens, Figuram sedentem respicit. *Ex Ind. Polatio.*
* Currus à duabus Tigridibus tractus, in quo Figura Bacchantis sedet, Currum præcedunt aliæ Figuræ Bacchantes, in Aere pendet Cupido Botro Vuæ appensus, sub quo duo Capita se respicientia, in quarum medio pendet Vuæ Botrus. *Ex Ind. Polatio.*

NERO TR. P. VII. VIII. COS. IIII. IMP. III.

A.V.C. 814. *Christi* 61. *COSS.* *C. Cæsonius Petus. C. Petron. Turpilian.*

Britanni fundunt Romanos, ab his rursus fusi.

Aur. NERO CAESAR AVG. IMP.
PONTIF. MAX. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. EX S. C. Figura muliebris, Hastam cum Papauere tenens.

Ar. NERO CAESAR AVG. IMP.
PONTIF. MAX. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. EX S. C. { Figura muliebris dextra Hastam, cum Pa-pauere.
* Figura muliebris dextra Parazonium, sinistra Hastam, dextro pede Globum calcans. *Tristan. Tom. 1. f. 210.* }

NERO TR. P. VIII. IX. COS. IIII. IMP. III.

A.V.C. 815. *Christi* 62. *COSS.* *P. Marius Celsus. L. Asinius Gallus.*

Octauia vti sterili dimissa, Poppaam ducit Nero.

Au. NERO CAESAR AVG. IMP.
PONT. MAX. TR. P. VIII. COS. IIII. P. P. EX S. C. Figura militaris stans, dextro crure Globo insidens.

Ar. * PONTIF. MAX. TR. P. VIIII. COS. P. P. EX S. C. Figura militaris Galeata, dextro pede Galeam calcans, ambabus manibus Discum. *Num. Arscot. tab. 20. n. 11.*

NERO TR. P. IX. X. COS. IIII. IMP. III.

A.V.C. 816. *Christi* 63. *COSS.* *L. Virginius Rufus. C. Memmius Regulus.*

Tiridates à Corbulone coactus, venit in Castra Romana, Coronamque Neronis Imagini subijcit.

Au. NERO CAESAR AVG. IMP.
PONTIF. MAX. TR. P. X. COS. IIII. P. P. EX S. C. { Figura Galeata, dextra Parazonium, sinistra Hastam, dextro pede Galeam calcans, propè quam Scutum.
Figura Galeata, vtraque manu tenens Clypeum, sinistrum pedem eleuans, antè eam duo Scuta cum Pugione. }

NERO TR. P. X. XI. COS. IIII. IMP. III.

A.V.C. 817. *Christi* 64. *COSS.* *C. Lecanius Bassus. M. Licinius Crassus Frugi.*

Nero Romam incendit calumniatis Christianis.

Vndecimo Neronis anno Cotio Rege defuncto, Alpes Cotias in Prouinciam redactas Eusebius *scripsit. Celsino, & Appuleio Coss. ait* Cassiodorus *corruptis, vt apparet, nominibus.* Suetonius, Eutropius, Victor, *rem signasse satis habuere tempore non signato. Sed omnium copiosissimè de Cotio* Ammianus Marcell. lib. 15. *narrat, perdomitis Gallijs, solum in angustijs latuisse, inuia locorum asperitate confisum, lenito tandem timore in amicitiam Octauiani receptum, ad vicem memorabilis muneris, itinere Alpium magnis extructis molibus muniisse. Sepulchrum eius extitisse ad Segusionis Mœnia. Manes duplici ratione cultos, quod suos moderatè rexerit, quodque fœdere Romano perpetuam genti quietem præstiterit. Duodecim Cotianas Ciuitates fuisse, easque iure Latij donatas ostendit* Plinius lib. 3. cap. 20.
Extat apud Nob. Ioan. Schellenbergium, *aureum hoc Numisma, in Prouincia Narbonensi repertum, quem* M. Velserus *huc referendum esse indicauit.*

Aur. COTIOS. Equus currens, supra Stellulæ aliquæ.
COTIOS. Parte aduersa ijsdem literis, Typum nonnulli Aratrum interpretantur, nos satis discernere non potuimus, repertus simul Nummus per omnia similis, nisi quod inscriptione differt.
VORACAN. Quem eiusdem Tractus Regem fuisse, magis suspicari, quam affirmare possumus.

NERO

NERO TR. P. XI. XII. COS. IIII. IMP. III.

COSS. P. Silius Nerua. C. Iul. Atticus Vestinus; *A.V.C.818. Christi 65.*

Nero Citharedus lustrali certamine canit, Poppaa à Nerone occiditur;

Aur. NERO CLAVD. CÆS. AVG. GERM.
P. M. TR. P. IMP. P. P. Apollo Citharam pulsans, vel potiùs Nero Citharedus.
NERO CÆSAR AVGVSTVS.
* ET. IA. Figura Viri Monticulo, seù Aggestui insistens, dextra manu Globum, sinistra Hastam tenentis. *Smetius.*

Ar. NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GERM.
ET. IA. Monticulus saxis asper, in cuius medio, nescio quid, fortè specus, Monticulo insistit figura, dextra Globum, sinistra Hastam prætendens.

Æ. NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERMANIC.
PONTIF. MAX. TR. POT. IMP. P. P. S. C. Figura stolata Neronis habitu Citharedi.
* PONT. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. Eodem Typo. *Angellon. f. 61. num. 15.*
Habitus hic erat in pulla, Tunicaque talari, inde Horat. *Traxitque vagus per pulpita vestem.* Sueton. in Calig. cap. 44. *Longam vestem Citharedi habitum esse notat* Seruius *in illud Aeneid. 6. Threicius longa cum veste sacerdos.* de Orpheo.
NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERMANIC.
* PON. MAX. TR. P. IMP. P. P. Figura Galeata rupi insidens, dextra Lauream, sinistra instrumentum musicum. *M. N.*
IMP. NERO CÆSAR AVG. P. M. X. Caput Laur. antè quod Palmæ ramus.
* Circus cum Obeliscis, & quatuor Quadrigis, vt in alijs. *Musæi Paparotti.*
NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.
* Figura togata Lyram pulsans, facie ad Cælum versa, cantantis habitu. *Musæi Leompardi.*

NERO TR. P. XII. XIII. COS. DES. V. IMP. IIII.

COSS. C. Suetonius Paullinus. L. Pontius Telesinus. *A.V.C.819. Christi 66.*

Nero Gracia peragrata Isthmum fodere tentat, mox Romam redit.

Æ. NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GERM. TR. P. IMP. P. P.
* C. IVLIO POLYRENO II. VIR. ADVE. AVG. Nauis Prætoria. *ibidem.*
NERO CÆSAR AVG. GERM.
ADVENTVS AVGVSTI G. P. Triremis Prætoria ornata.
NERO CLAVD. CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
ADLOCVTIO S. C. Imp. in suggestu alloquitur Prætorianos.
IMP. NERO CÆSAR. AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. P. P.
ADLOCVTIO S. C. Imp. in suggestu alloquitur Prætorianos.
In Achaiam Isthmum perfodere aggressus, Pratorianos pro Concione ad inchoandum opus cohortatus est. Suetonius. *Vnde ad hanc adlocutionem videntur referendi Nummi.*
IMP. NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GERM. P. M. TR. P. XIII. P. P.
* ROMA S. C. Roma spolijs insidens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *Musæi Cospiani.*
* PACE P. R. TERRA MARIQVE PARTA IANVM CLVSIT. S. C. Templum Iani. *ibidem.*

NERO TR. P. XIII. XIV. COS. V. IMP. III.

COSS. Kal. Ian. *C. Fonteius Capito. C. Iul. Rufus.*
Kal. . . . *Nero Aug. V. sinè Collega.* *A.V.C.820. Christi 67.*

NERO TR. P. XIV. COS. V. IMP. III.

COSS. C. Silius Italicus. M. Galer. Trachallus. *A.V.C.821. Christi 68.*

Hoc anno Nero se ipsum interfecit A. D. III. ID. IVNII.

Æ. IMP. NERO CÆSAR AVG. P. MAX.
* LAVRENTIN AVG. Organum Hydraulicum, antè quod figura stans, dextra veluti Situlam tenens, sinistra Organum tangens, ad pedes Lauri folia. *Tristan. Tom. 1. f. 218.*
* Organum Hydraulicum, hinc indè duo figuræ, quorum vna, dextra instrumentum Lauri folio simile, sinistra Organum tangit, quod, & facit alia figura dextra, sinistra verò elata. *Tristan. ibidem.*
Suetonius inter cætera Neronis acta post reditum eius in Vrbem, cùm iam nunciata esset Vindicis defectio scribit. *At ne tunc quidem Senatu, aut populo coram appellato, quosdam è primoribus Viris demum euocauit, transactaque raptim consultatione, reliquam diei partem per Organa Hydraulica, noui, & ignoti generis circumduxit, ostendensque omnia de ratione, ac difficultate cuiusque disserens, iamque etiam prolaturum omnia in Theatrum affirmauit, si per Vindicem liceat.*
Caterum Organorum horum Hydraulicorum, (si Plinio *credimus,) Auctor Ctesibius Tonsoris filius, suntque musica instrumenta, qua per aquam sonantes, excitant voces, quarum vnum recentis operis vidisse memini Tiburi in Villa Estensi.*

CO-

COLONIARVM NVMMI.

Aroe Aug. Patrensis.

NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GERM. TR. P. IMP. P. P.
* COL. A. A. PATR. XXII. Aquila Legionaria, in medio duorum Signorum. *Patin. Suet. f.299.*
* HERCVLI AVGVSTO C.P. Hercules. *Fortè ad Coloniam Patriciam, vel Patrensem. Scheda Sponniana.*

Cibalis.

NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERMANIC.
* EX CONSENSV C. CIB. Taurus. *Ex Patin. Ind. fol. 7. rest.*

Col. Iul. Aug. Cassandrensis.

Vrbs Macedonia maritima, olim Posidea *dicta ad sinum Thermaicum, sic dicta, vel à Cassandra Priami filia, vel vt* Eruditissimus Patinus *a Cassandro, cui ego quoque subscribo, nunc* Cassandria *dicitur.*

NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. IMP. TR. P. P. P.
COL. IVL. AVG. CASSANDREN. Caput Iouis Ammonis. *Pat. Ind. f. 7.*

Corinthus.

NERO CLAVD. CÆS. AVG.
CLAVDIO OPTATO II. VIR IVL. COR. Pegasus ab homine nudo detentus. *R.P.Cattanei.*
NERO CLAVD. CÆSAR AVG. GERM. TR. P. IMP. P. P.
* C. IVLIO POLYRENO III. VIR. COR. (Pegasus alatus à figura nuda capistro retinetur. *Pat. Suet. f. 299.*
* (Circum Coronam florum, in qua ISTHMIA. *ibidem.*

NERONIS VXORES.

28



OCTAVIA.

Octauia Claudij ex Messalina Filia, Iunio Silano primùm desponsata, posteà, persuadente Agrippina, Neroni Claudij Priuigno nupsit. Cælum eo die quo Nuptiæ fiebant, totum ardere visum est, hanc non multo temporis spatio interposito, domo expulit, eamque tanquam sterilem pepulit in Campaniam, post adulterij accusatam (cum tamen esset honestissima) & in Pandatariam relegatam interfici iussit, ætatis anno XX. eius caput amputatum, Romam ad Poppæam fuit delatum. Idem fuit infelicis puellæ nuptialis, & funestus dies. Vide *Tacitum lib. 14. Sueton. in Vita Neronis, & Claudij.*

OCTAVIA TI. CLAVDII, ET MESSALINÆ FIL., NERONIS CL. AVG. VXOR.

Æ. OCTAVIA AVG. F., NERO CLAVD. CÆS. AVG. IMP. Duo Capita vnum virile, aliud muliebre cum ☼ ◎.
OCTAVIA AVGVSTA.
OCTAVIA AVGVSTA, ET NERO CLAVD. CÆSAR IMP. Capita Octauiæ, & Neronis cum ☼◎.
* NERO CLAVD. IMP. L. VRINO VOLVMNIO II. VIR. Caput Neronis cum Sceptro. *Spanhem. f. 619.*

Græ. OKTAOVIA ΣEBAΣTOV. Caput Octauiæ.
* NEP . . . . . Caput Neronis. *Spanhem. f. 619.*
OCTAOVIA ΣEBAΣTH LA. Caput Octauiæ.
* NEP KΛAV KAIΣ ΣEB AVT. Caput Neronis. *Thesauri Theupoli.*

SA-

29 

SABINA POPPÆA.

Sabina Titi Ollij, & Sabinæ Pop. filia, egregia forma, & perblanda, Rufo Crispino desponsata, quo cum filium habuit, ab Othone abducta, ac in vxorem accepta, ab eodem siuè incautè, siuè data opera Neroni sæpius laudata, Imperatori pellex primum, postea eiecta Octauia, Vxor iuncta est; ità *Tacitus lib.* 13. *Annal.* Neque enim Nero, sed Otho, Poppæam tunc ignotam Neroni, Rufo Crispino abduxit. Ei cuncta alia fuere præter honestum animum; erat lasciua, prudens, magnifica, & in erogandis pecunijs liberalis: Equis delectabatur maximè delicatissimis, aptissimisque, quorum soleas non ferro, sed purissimo, optimoque auro induebat; Mulas verò quibus agebatur, aureis funibus subligatas habebat, & Asinas, quæ nuper peperissent, quingentas, quarum lacte pinguissimo, cùm solita Balneorum vasa repleuisset, totum corpus macerare consueuerat, vt eius pellis ita distenta, fieret candidior, mollior, ac magis nitida; vsaqu: vnguentis pretiosissimis, quæ Poppæana postea dicta, nulli sumptui pepercit. Hæc cum non multo tempore Neroni vxor fuisset, grauida à marito irato ictu calcis percussa moritur. Neroni Claudiam peperit in Colonia Antio. Infans intrà quartum mensem iàm Augusta à Patre appellata, non sine immodico Patris dolore moritur. *Tacitus lib.* 15. *&* 16. *Sueton. in Neron.*

ΠΟΠΠΕΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.
 ΝΕΡΟ ΚΑΙΣΑΡ ΑV.
ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ L. I. Caput Poppææ. *In alio* L. IA.
 ✱ ΝΕΡΩ ΚΛΑV ΚΑΙΣ ΣΕΒ ΓΕΡ. Caput Neronis. *M. N.*
Capita iugata Neronis, & Poppææ.
 ✱ ΠΟΠΠΑΙΑ ΝΕΡΩΝ ΕΦΕ. Ceruus. *Spanhem. f.* 618.
ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟC. Capita iugata Neronis, & Poppææ. *Spanhem. f.* 618.
ΠΟΠΠΑΙΑ ΝΕΡΟΝΟC ΣΕΒΑΣΤΟC. Caput Poppææ.
 ✱ ΝΕΡΟΝ ΚΑΙCΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟC. Caput Neronis laur. *Vaill. t.* 2. *f.* 39.

POPPÆA NERONIS, ET POPPÆÆ FILIA, INFANS MORTVA.

Æ. POPPÆA AVG. Figura sedens in Templo quadrato duarum Columnarum, sinistra Cornucopiæ.
 ✱ CLAVD. NER. F. Templum rotundum quatuor Columnarum, in quo Figura stans dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *Pat. Suet. f.* 317.

STATILIA MESSALINA.

Tertia, atque vltima Neronis Vxor, mortuo Nerone Othonem sibi maritum asciscere decreuerat, cui Otho Imperij pertæsus, iam moriens, cineres suos commendauit. Vide *Sueton.*

Æ. Gr. ΜΕΣΣΑΛΙΝΑ ΚΑΙΣ ΣΕΒΑΣ. Figura stans, dextra ignotum quid, sinistra Columnæ nixa cum Spicis.
 ΝΕΡΩ ΚΛΑVΔΙ ΚΑΣ ΣΕΒ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟC. L. Γ. Caput Neronis. *M. N.*

30

C. IVL. VINDEX TYRANNVS *in Gallijs contrà Neronem insurrexit.*

COSS. C. Fonteius Capito. C. Iul. Rufus. *A.V.C.* 819. *Christi* 66.

Se ipsum occidit, à Rufo superatus.

Au. C. IVLIVS CÆSAR. Caput Laur. circùm quatuor rami Lauri.
 ✱ VENVS AVREA. Figura seminuda stans capite radiato, dextra Phialam tenens, circùm Lauri rami. *Strada f.* 40.

31



L. CLODIVS MACER.

Cum Nerouem, publicum humani generis odium oppreſſiſſet, multis rerum nouarum ea viſa occaſio. Vindex in Gallia viuo Nerone ceciderat. Galba Hiſpaniæ Tarraconenſi Præfectus, Imperator, Senatus decreto, deſtinabatur. Romæ Nymphidius turbabat. In Germania Rufus, poſtq; eum Capito. Hos inter L. etiam Clodius Macer Africæ Legatus, auaritia, & crudelitate magnus, de cætero tantis cœptis per omnia impar, ſe ſe eminere poſſe ſperauit. Ferebatur Italiam rei frumentariæ penuria preſſurus. Sed molientem, Trebonius Garucianus Procurator, iuſſu Galbæ interemit. Meminere *Suetonius*, *Tacitus*, *Plutarchus*. Neque dubium ſubiectum Nummum ad hunc vnum pertinere, quod *M. Velſerus* monuit, cum priori editione eum ad Macrianum inter XXX. Tyrannos *Occo* retuliſſet. Legionis Macrianæ nomen alibi, opinor, non extat, & ſtatim à Macri morte mutatum neceſſe. Libertatis typus, & inſcriptio parandæ tum gratiæ prælata, quod Galbam item, atque Vitellium feciſſe obſeruamus, Otho eodem ſenſu Securitatem inſcripſit. Dio. *Populus Romanus Sacra faciebat, magnaque lætitia perfruebatur, ferebantq; pileos multi, quaſi eſſent libertatem conſequuti.* Ex notis S. C. fit veriſimile Senatum libertati, aut Sacrificium, aut Signum decreuiſſe.

L. CLODIVS MACER PROPRÆTOR.

Africæ Neroni rebellat, & à Treboniano Garuciano eodem anno iuſſu Galbæ occiditur.

A.V.C. 821. *Christi* 68. *COSS. C. Silius Italicus, M. Galer. Trachallus.*

Aur. L. CLODIVS MACER S. C Caput ſine Barba.
* PROPRÆ. AFRIC. Nauis cum Remis. *Triſtan. Tom. 1. f. 247.*

Ar. L. CLODI. MACRI S. C. Libertas ſtolata dextra Pileum, ſiniſtra Pateram.
LIB. LEG. I. MACRIANA. Duo Signa Militaria in medio Aquila.

32



SERVIVS SVLPICIVS GALBA.

Galba propè Tarracinam naſcitur M. Valerio Meſſalla, & Cn. (vt alij) L. Cornelio Lentulo Coſs. Patre Seruio Sulpicio Galba, Matre Achaia. Auguſtus Cæſar ad Galbam hunc olim puerum bucula adprehenſum dixit: *Et tu fili noſtrum Imp. babebis*, cui reſpondit: *Ità fiet cum Mula pepererit.* Idem fortunæ imaginem per ſomnium reperit, dixerat illa ſtare ſe ante fores deſeſſam, & niſi ocyùs reciperetur, cuique obuio prædam futuram; hanc obſtinatiſſimè poſtea in Domo ſua conſeruauit. Hic ex Hiſpania ſecum deduxit M. Fab. Quintilianum, idem Tarraconenſem Prouinciam octò annis rexit; & altiorem, ac dealbatam Crucem cuidam Tutori ſtatuit, qui Pupillum veneno ſuſtulerat Germanorum Cohortem à Cæſaribus olim ad cuſtodiam corporis inſtitutam, & fideliſſimam diſſoluit, & remiſit in Patriam, quaſi Cn. Dolabellæ promiorem. Fuit admodum auarus, ità vt appoſita lautiore cœna ingemuerit. Ordinario diſpenſatori breuiarium rationum offerenti, paropſidem leguminum pro ſedulitate porrexit. Idem Chorauli cuidam mirè placenti quinque nummos manu ſua donauit. Suſpicione autem minima motus, plurimos condemnauit, quarè conſpiratione à Militibus in ipſum facta, trucidatur in Foro Romano, ætatis anno 73. Imperij menſe ſeptimo, eius Caput ad Othonem delatum eſt, qui Lixis, & Calonibus decidendum donauit.

SER. SVLPITIVS GALBA *mortuo Nerone* P.M. TR.P. P.P. COS. DES. II. A. D. III. ID. IVNII.

A.V.C. 821. *Christi* 68. *COSS. C. Silius Italicus. M. Galer. Trachallus Turpilian.*

Aur. IMP. SER. GALBA AVG.
DIVA AVGVSTA. Figura ſtolata ſtans, dextra Pateram, ſiniſtra Haſtam.
Hic Nummus in honorem Liuiæ à Galba percuſſus, Diuinitatis eius Typum repreſentat, ipſius enim opera peruenerat ad Aulam Imperatoriam, vide Suetonium, & Iuſtinum lib. 43. Num-

mum

mum sic illustrantem. *Per ea tempora (scilicet Romuli) Reges Hastas pro Diademate habebant, quæ Græci dixere σκῆπτρα; nam ab origine rerum pro Dijs Immortalibus veteres Hastas coluere, ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum simulachris Hasta adduntur.*

IMP. SER. SVLP. GALBA CÆSAR AVG. TR. P.
IMP. Figura Equestris.
. . . .
✻ FORTVNA AVG. Fortuna stans dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *Vaillant. tom. 2. f. 43.*
✻ ROMA RENASCENS. Figura Galeata stans, dextra Victoriolam, sinistra Aquilam Legionariam, *Oysel tab. 29. n. 4.*
✻ SALVS GENERIS HVMANI. Figura muliebris stans, dextra Pateram super Aram ignitam, sinistra Temonem, *Vaill. tom. 2. f. 41.*
Suetonius in Galba. *Carthagine noua conuentum agens tumultuari Gallias comperit, Legato Aquitaniæ auxilia implorante superuenerunt Vindicis literæ, hortantis, vt humano generi assertorem, Ducemque se accommodaret, ex quibus* SALVS GENERIS HVMANI *hoc Nummo sculpta explicatur.*
✻ VICTORIA. Victoria stans propè Columnam, suprà quam Clypeum tenet sinistra; dextra verò eidem inscribit P. R. circum Columnam Laurus. *Num. Arscot. tab. 22. n. 13.*
Mortem Neronis Populi Romani Victoriam fuisse, dum à crudeli illo, & sæuissimo Monstro liberatus est, hic Nummus docet.

Ar. SER. GALBA IMP. Figura Equestris.
HISPANIA. Caput muliebre cum duobus Pilis, & Scuto à tergo.
Hispaniæ imagini ob Prouinciæ fertilitatem, & in re militari præstantiam Spicæ, Clypeus, & Hastæ appictæ sunt. Statua verò Equestris, potest ad Galbæ Equestrem statuam aliquam pertinere, quæ ab Hispanis ei decreta sit.

SER. GALBA IMPER.
CONCORDIA PROVINCIARVM. (Figura stans, dextra Ramum, sinistra Cornucopiæ.
✻ (Figura sedens, dextra Pateram. *Oysel. Tab. 81. n. 11.*

SER. GALBA IMP. AVG. Figura Equestris.
TRES GALLIÆ. Tria fœminea Capita cum tribus Spicis.

IMP. SER. GALBA CÆSAR AVG. P. M.
IMP. Figura Equestris.

IMP. SER. GALBA AVG.
DIVA AVGVSTA. Figura Stolata stans, dextra Pateram, sinistra Hastam.
LIBERTAS PVBLICA. Libertatis Typus.
ROMA RENASC. Figura Galeata, dextra Victoriolam.
S. P. Q. R. OB C. S. In Corona Quercea.
✻ VIRTVS. Figura nuda stans, dextra Parazonium, sinistra Hastam. *M. N.*
✻ VICTORIA P. R. Victoria alis expansis, sinistro pede Globo innixa, dextra Lauream, sinistra Palmam. *M. N.*

IMP. SER. SVLP. GALBA CÆSAR AVG. TR. P.
IMP. Figura Equestris.

IMP. SER. GALBA CÆSAR AVG.
✻ HISPANIA. Figura stans, dextra tres Spicas, sinistra duo Spicula cum Clypeo. *Pat. Thesauro.*

IMP. SER. GALBA CÆSAR AVG.
DIVA AVGVSTA. Vt superior Aur.
HISPANIA. Figura Stolata stans, dextra Spicas cum Papauere, sinistra Scutum cum duabus Hastis.
ROMA RENASCENS. ✻ (Figura Galeata stans, dextra Victoriolam. *Vaill. Tom. 2. f. 41.*
✻ (Figura mil. Galeata stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam per transuersum. *Pat. Suet. f. 345.*
✻ ROMA RENASC. Eodem Typo. *Patin. Thesauro.*
✻ SALVS GENERIS HVMANI. Figura stans coram Ara accensa, dextra Pateram, sinistra Temonem, dextro pede Globum calcans. *ex Pat. Suet. f. 342.*
SALVS ROMANI. Idem cum priore.
VICTORIA P. R. I. Victoria stans, dextra Sertum, sinistra Palmam.

SER. GALBA IMP. Figura Equestris.
✻ Figura Galeata gradiens, dextra Globum cum insistente Victoriola, sinistra Hastam per transuersum. *Pat. Suet. f. 341.*

SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. M. TR. P.
VICTORIA GALBÆ AVG. (Victoria insidens Globo.
(Victoria dextra Sertum, sinistra Ramum Palmæ portendens super humerum.
Suetonius in Galba. *Superuenientibus ab Vrbe Nuncijs, vt occisum Neronem, cunctosque in verba sua iurasse cognouit deposita Legati, suscepit Cæsaris appellationem, iterque ingressus est paludatus, ac dependente è ceruicibus Pugione antè pectus, nec priùs vsum Togæ recuperauit quam oppressis, qui nouas res moliebantur, Præfecto Prætorij Nymphidio Sabino Romæ, in Germania Fonteio Capitone, in Africa Clod. Macro Legatis.* Hæ sunt Galbæ Victoriæ, quibus referendi Nummi.
VIRTVS . . . . . Figura stans, dextra Victoriolam.

SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. TR. P.
✻ BONI EVENTVS. Figura virilis nuda dextra Pateram, sinistra Spicas, *ex Vaill. Tom. 2. f. 40.*
FORTVNÆ REDVCI. *Golzius.*

SER. GALBA IMPERATOR.
✻ VICTORIA P. R. Victoria instans Globo, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Patin. Thesauro.*

SER. SVLPICI GALBA IMP. CÆSAR. AVG. P. M. TR. P.
HONOS, ET VIRTVS. Duæ figuræ militares stantes.
LIBERTAS RESTITVTA. (Tres figuræ, vna Imp. ad cuius genua alia procumbuit, tertia assistit.
(Roma genuflexa Imp. gratias agit, ob restitutam libertatem à Nerone olim arreptam.
MARS VICTOR. Mars nudus, dextra Spolia, sinistra Hastam.

IMP.

IMP. GALBA,
✱ BONI EVENTVS. Figura nuda ſtans, dextra Pateram, ſiniſtra Spicas cum Papauere. *Patin. Theſauro.*
✱ GALLIA HISPANIA. Duæ figuræ iungentes dextras, quarum vna ſiniſtra Haſtam tenet, alia binas Haſtas cum Clypeo. *Pat. Sueton. f. 344. Concordia Galliarum, & Hiſpaniarum, in Galbæ fauorem, teſtis Nummus.*
✱ HISPANIA. Figura militaris ſtans, dextra Spicas cum Papauere, ſiniſtra duas Haſtas, cum Scuto. *ibidem.*
✱ IMP. CÆS. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P. P. REST. Libertatis ſtantis Typus. *Pat. Suet. f. 344.*
✱ ROMA RENASCENS. Figura mil. ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam per tranſuerſum. *Num. Feſch.*
SER. GALBA IMP. Figura Equeſtris.
✱ GALLIA. Caput fœmineum, antè quod duæ Spicæ, retrò duæ Haſtæ puræ cum Scuto. *Patin. Suet. f. 344.*
IMPERATOR GALBA. Caput Laur.
✱ S. P. Q. R. In Clypeo, circum quem Corona Quercea. *Patin. Theſauro.*
✱ REST. NVM. Caput fœmineum; *Seguin. fol. 123.* RESTITVTOR NVMIDIÆ *legit Illuſtriſſimus Spanhemius f. 828., qui eruditiſſimè vt ſolet Nummum explicat.*
SER. SVLPI. GALBA IMP. CÆSAR AVG. TR. P.
✱ FORTVNA AVG. Fortuna ſtans, dextra Temonem, ſiniſtra Cornucopiæ. *Vaillant. t. 2. f. 40.*
✱ HISPANIA CLVNIA SVL. Imp. ſedens Laureatus dextram porrigit figuræ mul. ſtanti, quæ illi Palladium dextra porrigit, ſiniſtra Cornucopiæ. *Oyſel. Tab. 30. num. 10.*
✱ IMP. AVG. Figura muliebris Stolata ſtans, dextra Spicas, & Papauera, læua Clypeo innixa. *Vaill. T. 1, f. 41.*
SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. Caput Galbæ, ſub quo Globus.
✱ S. P. Q. R. In Clypeo, circum quem Corona Quercea. *M. N.*
IMP. SER. GALBA AVGVSTVS.
✱ HISPANIA CLVNIA SVL. S. C. Imp. ſedens, cui Hiſpania læua Cornucopiæ præbet. *Ind. Cauotorta.*
S. P. Q. R. OB CIVES SER. In Corona Quercea. *Ind. Cauotorta.*
IMP. SER. GALBA AVG.
LIBERTAS PVBLICA. S. C. Libertatis Typus.
IMP. SER. SVLP. GALBA CÆSAR AVG. TR. P. *al.* TR. POT. *al. abſque* TR. P. *in alio* CÆS.
✱ ADLOCVT. S. C. Imp. alloquitur Cohortes. *M. N.*
CERES AVGVSTA S. C. Ceres ſedens, dextra Spicas, ſiniſtra Caduceum.
✱ LIBERTAS PVBLICA S. C. Vt ſuperior. *M. N.*
✱ PAX AVGVST. S. C. Pax ſtans, dextra Ramum, ſiniſtra Caduceum. *M. N.*
✱ ROMA RENASCENS S. C. Figura militaris Galeata, dextra Victoriolam, ſiniſtra Aquilam Legionariam per tranſuerſum. *Triſtan. Tom. 1. f. 252.*
✱ ROMA RENASC. S. C. Eodem Typo. *Num. Arſcot. Tab. 21. num. 27.*
SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. *alias* SER. GALBA CÆS. AVG.
✱ PAX AVG. S. C. Figura ſtans, dextra Ramum, ſiniſtra Cornucopiæ. *M. N.*
S. P. Q. R. OB CIV. SER. In Corona Quercea.

Æ. GALBA CÆSAR AVG. P. M. TR. P.
✱ SALVS AVGVSTI S. C. Dea Salus ſtans, Columnæ nixa, Serpentem dextra, ſiniſtra Pateram tenet. *ex Ind. Polatio.*
SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. TR. P. *in alio deeſt* TR. P. *Ind. Cauotorta.*
ADLOCVTIO S. C. Imp. alloquitur Cohortes.
EX S. C. OB CIV. SERVATOS. In Corona Quercea.
FELICITAS PVBLICA S. C.
✱ LIBERTAS AVGVS. S. C. Libertatis ſtantis cum Pileo Typus. *M. N.*
LIBERTAS PVBLICA S. C. Vt ſuperiores.
PAX AVG. S. C. (Figura ſtans, dextra Ramum, ſiniſtra Cornucopiæ.
✱ (Figura ſedens, dextra Ramum. *D. Horatij Bellini.*
✱ SALVS AVGVST. S. C. Salutis ſtantis Typus. *Ind. Cauotorta.*
S. C. | Victoria ſiniſtra Palmam, dextra Victoriolam.
| Victoria dextra Sertum, ſiniſtra Palmam.
✱ S. P. Q. R. OB CIV. SER. In Corona Ciuica. *Ex Ind. Polatio.*
IMP. SER. GALBA AVG. TR. P.
ROMA S. C. Roma inſidens ſpolijs dextra Haſtam.
S. C. Victoria gradiens dextra Palladium.
VESTA S. C. Figura ſedens, dextra Pateram, ſiniſtra Haſtam.
IMP. SER. GALBA CÆS. AVG. TR. P. *in alijs* SVLP.
ADLOCVT. S. C. Imp. alloquitur Cohortes.
CERES AVGVSTA S. C. Figura ſedens, dextra Ramum, ſiniſtra Haſtam.
CONCORD. AVG. S. C. Figura ſedens, dextra ramum Oleæ, ſiniſtra Haſtam.
✱ CONCORDIA AVG. S. C. Vt ſuperior. *Ex Ind. Polatio.*
LIBERTAS PVBLICA S. C. Libertatis Typus.
PAX AVGVST. S. C. Figura ſtans, dextra Ramum, ſiniſtra Caduceum.
S. C. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam.
✱ VESTA S. C. Veſta ſedens, ſiniſtra Haſtam, dextra Palladium. *Num. Feſch.*
SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. TR. P.
✱ CONCORD. AVG. S. C. | Figura ſedens, dextra Ramum. *Ind. Polatio.*
✱ | Figura ſedens, dextra Ramum, ſiniſtra Haſtam. *M. N.*
✱ LIBERTAS PVBLICA S. C. Libertas ſtat, dextra Pileum, ſiniſtra Haſtam. *Ind. Cauotorta.*
✱ PAX AVGVSTI S. C. Pax ſtans, ſiniſtra Cornucopiæ, dextra Ramum. *ibidem.*
✱ ROMA S. C. Roma ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam. *Ind. Cauotorta.*

✱ ROMA S. C. Roma Galeata insidens spolijs, dextra Victoriolam, sinistra cubito Clypeo adnitens. *Ind. Cauotorta*.
✱ S. C. Victoria gradiens, dextra Sertum, sinistra Palmam. *ibidem*.
SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. PO. MA. TR. P.
LIBERTAS PVBLICA S. C. Libertatis Typus, vt superiores. *Num. Fasch.*
SVL. GALBÆ AVG. IMP. P. P.
✱ L. CAN. AGRIPPÆ II. VIR. Templum pluribus suffultum Columnis, ad quod per scalam ascenditur. *Pat. Ind. f. 7.*
SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG.
✱ S. P. Q. R. OB CIVES SER. Corona Ciuica. *Ind. Cauotorta*.
SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. M. TR. P. P. P.
✱ LIBERTAS AVGVST. R. XL. Libertatis Typus, cum Pileo, & Hasta. *Angellon. f. 67. n. 10.*
SER. GALBA IMP. AVG.
✱ QVADRAGENS. REMISSÆ. Arcus, suprà quem duo Equites decurrentes, in Arcus vestigio Figura stans, quam tres aliæ comitantur. *Pat. Suet. f. 347.*
Quadragesima vectigal à Nerone cum alijs remissum A. V. C. 811. scribit Tacitus 13. Annal. *posteà verò à Nerone reductum fuisse, nos docent hi Nummi, quibus S. P. Q. R. Galbæ publicam testatur lætitiam, ob Quadragesimam ab eodem remissam. De quo tamen omnes silent Auctores.*
SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. MAX. TR. POT.
✱ XXXX. REMISSA S. C. Arcus, suprà quem Quadriga, in qua Victoria Imp. coronat. *Strada f. 41.*
✱ ROMA R. XL. S. C. Roma Galeata stans, dextra Globum, supra quem Victoria, sinistra Aquilam Legionariam per transuersum. *Tristan. t. 1. f. 252.*

. . . .
✱ AVGVSTA S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Hastam. *Angell. f. 67. n. 8.*
✱ LIBERTAS XL. S. C. Figura mulieris stolata dextra Pileum, sinistra Hastam puram. *Vaill. t. 1. f. 23.*
✱ XXXX. REMISSÆ S. C. Arcus, aut Porticus sinè Figuris. *Idem f. 24.*
✱ XXXX. REMISSA S. C. Vir ferens spolia. *Spanhem. f. 797.*
✱ QVADRAGES MA REMISSA S. C. Arcus, aut Porticus, suprà quem Quadrigæ Triumphales; Tres Figuræ nudæ, manibus post terga reuinctis ad Arcum properant, quas alia Figura baculo elato insequitur. *Vaillant. t. 1. f. 23.*
✱ SECVR TAS ROMANA S. C. Sedens. *Pat. Ind. f. 7.*
SER. SVLP. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. M. TR. P. *al.* SVLPI.
✱ HISPANIA CLVNIA SVL. S. C. Figura sedens, sinistra Parazonium, dextram porrigens Figuræ stanti, quæ illi Victoriam offert. *Scheda Pedrusiana*.
✱ PAX AVGVSTA. Figura stans, sinistra Cornucopiæ, dextra Facem, qua arma comburit. *Ind. Cauot.*
✱ SENATVS P ETATI AVGVSTI S. C. Duæ Figuræ stantes, vna Imp. paludati, alia Senatus togati, sinistra Lauri ramum tenentis, dextra Lauream capiti imponentis. *Spanhem. f. 723.*
S. C. | Tria Signa Militaria, sub quorum duobus extremis Proræ Nauium.
✱ | Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *M. N.*
IMP. SER. GALBA AVG. TR. P. P. P.
✱ S. C. Imp. in substructione, cum alia Figura Togata alloquitur Cohortes, tenentes plura Signa Militaria Labarum, & Scutum, in quo Caput Laureatum. *Num. Arscot. tab. 21. n. 22.*
SER. SVLP. GALBA IMP. CÆSAR AVG. TR. P. P. P.
✱ PROVIDENT. S. C. Ara cum Igne. *M. N.*
SALVS AVGVSTI S. C. Salutis Typus.
SECVRITAS P. ROMANI S. C. Figura insidens, subsellio, dextram admouens capiti, sinistro cubito sellæ nixa, antè pedes Ara.
IMP. SER. GALBA CÆS. AVG. P. M. TR. P.
✱ LIBERTAS PVBLICA S. C. Libertatis Typus. *M. N.*
SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. P. M. TR. P. *al.* CÆSAR.
✱ HONOS, ET VIRTVS S. C. Duæ Figuræ stantes, vna seminuda, dextra Hastam, sinistra Cornucopiæ, alia Galeata, dextra Hastam, sinistra Parazonium, dextro pede Galeam calcans. *Tristan. Tom. 1. f. 257.*
✱ S. C. | Arcus Triumphalis, suprà quem Imp. in Quadrigis. *Tristan. Tom. 1. f. 252.*
✱ | Tria Signa Militaria humi defixa. *Angellon f. 67. n. 6.*
SER. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. M. TR. P. P. P.
✱ DIVA AVGVSTA S. C. Figura muliebris stans cum Hasta, & Patera. *R. P. Cattanei.*
IMP. SER. GALBA CÆS, AVGVST. Caput Galbæ.
✱ DIVÆ LEPIDÆ AVGVST. Caput Lepidæ Galbæ Vxoris velatum. *Musæi Leompardi.*
IMP. SER. SVLP. GALBA CÆS. AVG. TR. P.
✱ FELICITAS AVGVSTI S. C. Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ. *ibidem*.
✱ PAX AVGVSTA S. C. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Caduceum. *Ind. Polatio.*
✱ S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS. In Corona Ciuica. *ibidem*.
SER. SVLPI. GALBA IMP. CÆSAR AVG. P. M. TR. P.
✱ REMISSA XXXX. S. C. Duplex Arcus, supra quem quatuor Equi. *Patin. Thesauro*.
✱ ROMA. R. XXXX. S. C. Figura Militaris Galeata stans propè Trophæum, cui sinistro brachio nititur, dextra Victoriolam, sinistra Sceptrum. *ibidem*.

GALBA CÆS. AVG. P. M. TR. P. COS. II.

COSS. Ser. Sulp. Galba Aug. II. T. Iunius Crispinus. *A.V.C. 822. Christi 69.*

Hoc anno A. D. XVII. Kal. Febr. Galba Aug. occisus est.

Ar. SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. P. M. TR. P. COS. II.
✱ PIETATI AVGVSTI. Imp. sedens, sinistra Globum, dextram portendit supra Figuram paruam stantem. *Num. Arscot. tab. 22. n. 23.*

* ROMA VICTRIX. Figura Galeata ſtans, dextra elata cum Ramo, ſiniſtra Haſtam dextro pede Globum calcans. *Num. Arſcot. tab. 22. n. 19.*

.... IMPERAT.

* HISPANIA GALLIA. Figuræ duæ Galeatæ, & Togatæ ſtant, ac dextras ſibi mutuo porrigunt, vna earum Scutum habet, & Pilum tendit deorſum, altera Pilum quoque geſtat, ſed ſurſum, & ſinè Scuto. *Smetius.*

SERG. SVLP. GALBA IMP. CÆS. AVG. TR. P. P. P.

* HISPANIA CLVNIA SVL. IMP. VESP. REST. Figura muliebris ſtans, manus Imperatori præbens. *Ex Muſæo Magno I. C. Bon.*

Æ. SER. GALBA IMP. CÆS. AVG. P. M. TR. P. COS. II.

* ÆQVITAS S. C. Figura ſtans, dextra Bilancem, ſiniſtra Haſtam. *Num. Arſcot. tab. 22. n. 16.*

....

* IMP. T. VESP. AVG. P. M. TR. P. VIII. S. C. *Vaillant. T. 1. f. 24.*

* IMP. T. VESP. REST. S. C. | Figura muliebris ſtans dextra Pileum. *ibidem f. 24.*

* | Figura muliebris ſtolata ſtans, dextra comburens ſpolia, ſiniſtra Cornucopiæ. *ibidem.*

IMP. SER. SVLP. GALBA CÆSAR AVG.

* S. C. ..... CÆS. DIVI VESP. ... VESP. COS. VII. P. P. In circuitu Nummi. *Muſæi Paparotti.*

NVMMI GALBÆ IN COLONIIS CVSI.

Col. Aug. Aroe Patr.

IMPERATOR GALBA.

COL. A. A. PATR. XXII. Aquila Legionaria media duobus ſignis Militaribus. *Patin. Ind. fol. 8.* *Putauit* Eruditiſſimus Patinus *in notis ad hunc Nummum, Galba cum Legione XXII. aliquam interceſſiſſe familiaritatem, ex qua Nummus cuſus exinde fuerit, ſed pace tanti Viri de re antiquaria optimè meriti, liceat meam proferre ſententiam, in hac verba. Legio XXII. impoſita erat huic Coloniæ Aroe, ſiue ibi ſtationem habebat, omneſque Imperatores, vt ad Auguſti dignitatem perueniebant cuſis Nummis cum Coloniæ, & Legionis nota demereri ſtudebat, ſic & Claudium, & Neronem antè Galbam, & Domitianum poſt, Nummis eodem Typo cuſis demereri voluit, me tamen &c.*

Cibalis.

.... CÆSAR. Caput Galbæ.

EX CONSENSV C. CIB. Victoria gradiens ambabus manibus Sertum tenens. *R. P. Cattanei.*

Corinthus.

SVL. GALBÆ AVG. IMP. P. P. Caput.

L. CAN. AGRIPPÆ II. VIR COR. Templum pluribus Columnis, & Scalis ornatum. *Pat. Ind. f. 8.*

33

M. SALVIVS OTHO.

Otho naſcitur Camillo Aruntio, & Domitio Aenobarbo Coſs. ex Principibus Etruriæ, Patre L. Saluio Othone, Matre Albia Terentia. In ambitionibus nihil omiſit. Homo nimiæ elegantiæ, & mollitudinis corporis ſtudioſus; nam vulſo corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, faciem quoque radere, & pane madido linire conſueuit à prima lanugine, ne barbatus vnquam eſſet. Is cum Vitellio congreſſus, impar in certamine ſe ipſum confodit, cum Imperaſſet dies 95. Multi manus, & pedes eius deoſculati ſunt, & cùm incolumem grauiſſimè eum deteſtati eſſent. Mortuum laudibus extulerunt, & dixerunt Galbam, non tàm dominandi, quam Reipublicæ, & libertatis cauſa ab Othone fuiſſe interemptum. *Plutarchus in Othone ſcribit*, Milites, ſumma fide erga Othonem perſtitiſſe, ità vt ne mortui quidem illius eos deſiderium reliquerit, quando Brixilli, quod Oppidum erat ad Padum, ſe ipſum pugione interemit, æt. anno 37. cum tribus menſibus imperaſſet.

M. SALVIVS OTHO CÆS. AVG. P. M. TR. P. COS. II.

A.V.C. 822. Christi 69. *COSS. M. Saluius Otho Aug. II. L. Saluius Titianus.*

A. D. XVII. Kal. Februarij occiſo Galba Auguſtus dicitur.

Aur. M. OTHO CÆSAR AVG.

SECVRITAS P. R. Figura ſtans, dextra Sertum, ſiniſtra Cornucopiæ, *in alijs* Haſtam.

IMP.

IMP. M. OTHO CÆSAR AVG. TR. P.
SECVRITAS P. R. Figura ſtans, dextra Ramum, ſiniſtra Haſtam.
✱ VICTORIA OTHONIS. (Victoria ſtans, ambabus manibus elatis, cum Sertis. *Pat. Suet. f.* 360.
✱ (Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *ibidem*.

. . . .
✱ PAX ORBIS TERRARVM. Figura ſtans, dextra Ramum, ſiniſtra Caduceum. *Spanhem. f.* 849.
✱ SECVRITAS. Mulier ſtans, dextra Corollam. *ex Muſæo Mauroceno I. C. Bon.*

Ar. M. OTHO CÆSAR AVG.
SECVRITAS P. R. Figura, dextra Sertum, ſiniſtra Cornucopiæ, *in alio* Haſtam.
IMP. OTHO CÆSAR AVG. TR. P.
PON. MAX. Figura ſedens, dextra Pateram, ſiniſtra Haſtam.
PONT. MAX. Figura Equeſtris, dextra Haſtam.
PON. MAX. (Figura Stolata ſtans, dextra Spicas, ſiniſtra Cornucopiæ.
(Figura Stolata ſtans, dextra Bilancem, ſiniſtra Haſtam.
✱ SECVRITAS POP. ROM. Figura ſedens, dextra Bacillum, ſiniſtra Sellæ nixa. *Num. Arſcot. Tab.* 23. *num.* 4.
✱ PONT. MAX. Figura ſedens, dextra Ramum Lauri, ſiniſtra Haſtam, *ibidem num.* 7.
✱ IOVIS CVSTOS. Iupiter ſedens, dextra Fulmen, ſiniſtra Haſtam, *ibidem num.* 8.
IMP. M. OTHO CÆSAR AVG. TR. P.
SECVRITAS P. R. (Figura ſtans, dextra Ramum, ſiniſtra Haſtam.
✱ (Figura ſtans, dextra Lauream, ſiniſtra Bacillum, *Angell. f.* 69. *num.* 3.
IMP. M. OTHO CÆSAR AVG. TR. P.
CLEMENTIÆ AVGVSTÆ. *Golzius num.* 3.
✱ CONCORDIA PRÆTORIAN. Figura Palliata, dextram porrigit Figuræ militari dextra Haſtam tenenti. *Pat. Suet. f.* 357.
FELICITAS ORBIS. *Golzius num.* 4.
PAX ORBIS TERRARVM. { Figura ſtans, dextra Caduceum, ſiniſtra Ramum.
Figura ſtans, dextra Ramum, ſiniſtra Caduceum.
✱ Figura ſtans, dextra Ramum, ſiniſtra Cornucop. *Angellon. f.* 69. *num.* 2.
✱ PONT. MAX. Figura ſtans dextra tres Spicas, ſiniſtra Cornucopiæ, *Patin. Theſauro.*
PONT. MAX. COS. II. *Panuin. lib.* 2. *Faſt.*
VICTORIA OTHONIS. (Victoria ſtans, vtraque manu Sertum.
(Victoria gradiens dextra Sertum, ſiniſtra Ramum Palmæ.

. . . .
✱ ALEXANDRIA. Caput Turritum. *Maioris Moduli Ar. ex Gallandio Sponnius.*
✱ ROMA. Figura Galeata ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam. *Num. Arſcot. Tab.* 23. *num.* 11.
✱ SECVRITAS P. R. Figura ſtans, dextra Sertum, ſiniſtra Bacillum, ponè Columna. *ibidem n.* 13.
IMP. OTHO CÆS. AVG.
✱ S. C. In Corona Ciuica. *Moduli maximi Ar. apud Petrum Cherchemont I. C. Bon.*

Æ. IMP. CÆS. OTHO AVG. P. M. TR. P. P. P. COS.
PAX AVGVST. S. C. Dea Pax ſtans, dextra Ramum, ſiniſtra Cornucopiæ.
IMP. M. OTHO AVG. P. M. COS. II.
SALVS AVG. S. C. Figura ſedens, dextra Pateram, ſiniſtra Haſtam.
IMP. OTHO CÆSAR AVG. TR. POT.
SECVRITAS P. R. { Figura togata, dextram porrigens Militi armato ſuper Aram, cum alijs Militibus adſtantibus cum ſignis militaribus.
✱ Figura ſedens, dextra Sertum, ſiniſtra Haſtam puram. *Muſæi Bulgherini.*
IMP. M. OTO. CÆ. . . : .
✱ S. C. In Laurea. *Strada f.* 43.
IMP. OTHO CÆSAR AVGVST. TR. P.
✱ IMP. TITVS AVG. RESTIT. S. C. Figura ſeminuda Palliata, & Galeata, dextra elata, ſiniſtra Haſtam. *Num. Arſcot. Tab.* 23. *num.* 14. 15.
IMP. M. OTHO CÆS. AVG. Caput Othonis Laur.
✱ S. C. In Laurea. *Vaillant. Tom.* 1. *f.* 25.
M. OTHO CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.
✱ T. CÆS. DIVI VESP. F. AVG. . . . . . , S. C. In medio Nummo. *Scheda Pedruſiana.*
IMP. M. OTHO CAE. AVG.
✱ S. C. In Laurea. *Theſ. Theupol.*

Ex Nummis Othonis Æneis latinis, quos inſpicere licuit, duos tantum indubitatæ fidei meè vidiſſe teſtor, primum à Tito reſtitutum, cuius ſuprà memini, ex Schedis Pedruſianis, alterum in Theſauro Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Io: Dominici Theupoli Pat. Ven. quem eiuſdem humanitate contrectare licuit, cum Veronæ Prætura fungeretur, Cæterum Æ. plures Græcos, & in eodem Theſauro Theupolo, & penes Reue. Patrem Cattaneum, & Mantuæ apud D. Oratium Bellinum, Sereniſſimi Regnantis Caroli II. Mantuæ, & Montisferrati Ducis à Cubiculo, inter plura centena antiquorum Nummorum exquiſitorum magna cum voluptate vidi, & ſuo tempore publici iuris fient.

ALBIA TERENTIA VXOR OTHONIS.

Splendida, & illuſtris mulier, quæ duos peperit filios, Lucium, & Marcum Titianos, & filiam Druſo Germanici filio deſponſatam. *Sueton. in Othone.*

AV-

34



AVLVS VITELLIVS.

Vitellius nascitur Druso Cæsare, & C. Norbano Flacco Coss. Patre L. Vitellio, Matre Sextilia, obscuro genere, & Auo Cassio Seuero, Sutore Veteramentario. Vir enormi proceritate, facie rubida, ventre obeso, tam sordidæ gulæ fuit, vt ne in Sacrificio vnquam, aut itinere vllo temperauerit, quin inter altaria ibidem statim viscus, & farra penè rapta è foco manducaret, circàque popinas viarum, fumantia opsonia, vel pridiana, atque semesa. Fuit itaque satis comes Mulionibus, & Viatoribus, vt manè singulos num iàm ientassent sciscitaretur, seque fecisse ructu quoque ostenderet: Aliquando etiam in vna Cœna iussu suo, duo millia Piscium, & septem millia Auium apposita sunt. Adolescentes Imperio allicefactos vario genere fraudis interemit: quendam in ipsa salutatione supplicio traditum, statimque reuocatum, Clementiam eius laudantibus coràm interfici iussit, velle se, dicens, pascere oculos; eidem penè duos filios adiecit, precari pro Patre conantes. Vespasiani fratrem Sabinum compulit in Capitolium, quo succenso ipsum cum socijs suis cremauit. Pannonici, Mœsiaci, Iudæi, & Syriaci Exercitus defecerunt, ab ipso ad Vespasianum. Ipse Romæ in Cellulam Ianitoris confugit in Palatio, vnde ab Exercitu Vespasiani extractus est, iniecto ceruicibus laqueo, reducta à capite coma, atque etiam mento mucrone gladij subiecto, vt visendam præberet faciem, tractus est in Forum, quibusdam stercore, & cœno incessentibus, tandem ad Gemonias Scalas paruis ictibus excarnificatus, & vnco tractus est in Tiberim.

AVLVS VITELLIVS A. F. A. N. AVGVSTVS P. M. TR. P. COS. DES. II. IMP. GERMANICVS AB EXERCITV GERMANICO A. D. III. NON. IAN. SALVTATVS.

A.V.C. 822. Christi 69. *COSS. Kal. Martij. M. Saluius Otho Aug. II. L. Saluius Titianus.*

Hoc eodem anno occisus est Vitellius A. D. IX. Kal. Ian.

Au. A. VITELLIVS IMP. GERMAN. *alij* TR. P.
CLEMENTIA IMP. GERMAN. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Columnæ nixa.
VESTA P. R. QVIRITVM. Vesta sedens, dextra Pateram, sinistra Facem.
VICTORIA GERMAN. Victoria dextra Lauream.
Nomen Germanici Vitellio statim additum, Cæsarem se appellari etiam Victor prohibuit. Tacit. lib. 17.

A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. *alij* TR. P.
ADVENTVS AVGVSTI. Duæ Figuræ iungentes dextras.
FORTVNÆ REDVCI. Figura sedens, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ, ad reditum Vitellij referendus.
LIBERI IMP. GERMAN. AVG. Duo puerilia capita se respicientia.
Ex Petronia Consularis Viri Filia A. Vitellius Aug. Vitellium Petronianum Filium suscepit, altero oculo captum, is cum à Matre esset institutus hæres, cum conditione, si à Patris potestate exijsset. Vitellius Pater manu emisit, breuisque veneficij insimulatum interemit.
Ex Galeria Fundana, secunda Vxore, duos alios habuit filios Vitellius Aug. primo marem L. nomine, oris titubantia penè mutum, quem Mucianus Vespasiani Dux, ad belli semina extinguenda occidit; Secundo fœminã, quam Vespasianus rerum potitus splendidissimè maritauit.
In Nummo verò hi Fratres sculpti sunt, scilicet L. Vitellius, & Vitellia, cum iàm Petronianus veneno necatus fuisset.

A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P. Caput Vitellij Aug.
CONCORDIA P. R. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.
✻ LIBERI IMP. GERM. AVG. Duo capita puerilia se respicientia. *Petri Rossini Romæ.*
L. VITELLIVS COS. III. CENSOR. Caput L. Vitellij.
L. Vitellius hoc Denario signatus Pater A. Vitellij Imp., primò Cos. cum Paullo Fabio A. V. C. 787. Secundò cum Ti. Claudio III. A.V.C. 796. Tertiò cum Ti. Claudio IV. A.V.C. 800., cùmque eodem Claudio Aug. Censuram gessit, Vir innocens, & industrius, sed maximus adulator, decessit paralysi, relictis ex Sextilia duobus liberis, quos ambos toto anno V.C. 801. Cos. vidit, cum L. Vitellius minor filius A. maiori in sex menses successisset. Defunctum publico funere Senatus extulit, posita etiam Statua pro Rostris cum inscriptione.

PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM.

A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P. Caput Vitellij Aug.
S. P. Q. R. AVGVSTI. *Fortè* VIC. Victoria cum Scuto.
A. VITELLIVS GERMAN. IMP. TR. P. *alij* IMP. AVG.
XV. VIR. SACR. FAC. Tripus cum Delphino, & Coruo.
Tripodes Mensæ fuerunt in Templo Apollinis Delphici, in quibus positæ Phœbades, futura prædicabant. Tripus hic dicebatur, & Cortina, vel quod Cor teneret, secundum Grammaticos, vel quod Corio septus esset Serpentis.

Aui-

Auicula hæc poteſt eſſe Cornix, quam ad diuinitatem facere, præter cætera, verſus ille Virgil. Bucol. *IX. Ecloga indicat.*

Quod niſi me quacumque nouas componere lites
Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab Ilice Cornix:
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipſe Menalcas.

Poteſt, & Coruus eſſe, qui & ob id Apollini, vaticiniorum præſidi, ſacer eſt; Bonum enim augurium erat, ſi Coruus dextra, Cornix ſiniſtra volaret. Cic. de Diuinat. *Picus etiam Rex Latinus, domi Picum habuit auem, per quem futura cognoſcebat, vide* Seruium *in 7. Aeneid.*

Ad nummum hunc explicandum facit Sueton. *in Vitellio ſcribens, Eum priuatum etiam, Sacerdotijs auctum ampliſſimis, quod quidem Sacerdotium ampliſſ. fuiſſe, vel hoc indicat quod iam rerum potentem non puduerit inter titulos Imperatorios, vel hunc adſcribere. Ad XV. Viros illos pertinebat librorum Sibyllinorum (quibus Pop. Rom. fata continebantur) inſpectio, item & procuratio ludorum ſæcularium.*

A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P.
✻ I. O. MAX. CAPITOLINVS. Ara duarum Columnarum, in cuius medio figura ſedens, dextra elata, ſiniſtra Haſtam. *Spanhem. f. 854. vbi Nummus eruditiſſimè explicatur.*

. . . .
✻ ADVENTVS AVGVSTI. Figura Equeſtris, dextra Haſtam, *Num. Arſcot. Tab. 23. num. 21.*
✻ LIBERTAS RESTITVTA. *Spanhem. f. 778.*
✻ PONT. MAX. Figura ſedens, dextra Pateram, ſiniſtra Haſtam. *Num. Arſcot. Tab. 24. n. 14.*
✻ PONT. MAX. TR. POT. AVGVR. Tripus, ſuprà quam Delphin. *ibidem num. 15.*
✻ PONT. MAX. Figura ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Ramum Lauri. *ibidem num. 20.*
✻ PRÆTORIANORVM. Duæ dextræ iunctæ. *Vaillant. Tom. 2. f. 46.*
Duæ dextræ iunctæ, Concordiæ ſignum erant, Tacit. *lib. 17. Centurio Siſenna, dextras Concordiæ ſigna, Syriaci Exercitus nomine ad Prætorianos tulit,*

A. VITELLIVS GERM. IMP. TR. P.
✻ S. C. Figura Palliata ſedens, dextra elata, ſiniſtra Schedas. *Pat. Suet. f. 367.*

. . . .
✻ VICTORIA AVGVSTI. Victoria alata gradiens inſcribit Scuto S. P. Q. R. *ex Cimelijs D. Caroli Tortæ I. C. Bon.*

Ar. A. VITELLIVS IMP. GERMAN. *alij* TR. P.
CLEMENTIA IMP. GERMAN. Figura ſedens, dextra Ramum, ſiniſtra Columnæ nixa.
CONSENSVS EXERCITVVM. Mars Gradiuus, dextra Scipionem, ſiniſtra Trophæum.
✻ FIDES EXERCITVVM. Nexus manuum. *Theſ. Theupoli.*
IVPITER VICTOR. Iupiter ſedens, dextra Victoriolam.
S. P. Q. R. OB C. S. In Corona Ciuica.
✻ S. P. Q. R. P. P. OB C. S. In Corona Ciuica. *P. Cattanei.*
VESTA P. R. QVIRITVM. Figura ſedens, dextra Pateram, ſiniſtra Thædam.
VICTORIA AVGVSTI. (Victoria Globo inſidens.
✻ (Victoria ſtans, dextra Scutum. *P. Minij.*
Ad Victoriam quam Brixelli ad Padum de Othone reportauit referendi Nummi.

A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P.
✻ CONSENSVS EXERCITVVM. Mars nudus gradiens, dextra Haſtam, ſiniſtra Trophæum. *Angell. f. 73. num. 2.*
LIBERTAS RESTITVTA. (Figura Stolata, dextra Pileum, ſiniſtra Haſtam.
(Figura gradiens, vtramque manum portendens.
VICTORIA AVGVSTI. Victoria, dextra Globum, in quo S. P. Q. R.

A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. *in alio* GERMAN. IMP. TR. P. *in alio* TR. P.
LIBERI IMP. GERMAN. AVG. Duo Capita puerilia ſe reſpicientia.
Victoria alata ſedens, dextra Pateram, ſiniſtra Palmam ſuper humerum portenſam.

A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P.
✻ A. VITELLIVS L. F. IMPERATOR COS. PERP. *Ex Golzio Spanhemius f. 704. vbi illuſtratur inſcriptio.*
LIBERTAS RESTITVTA. Vt ſuperior.
✻ L. VITELLIVS COS. III. CENSOR. Caput Laureatum, antè quod Sceptrum Eburneum. *Pat. Suet. f. 367.*
✻ PONT. MAXIM. Figura ſedens, dextra Pateram, ſiniſtra Haſtam. *M. N.*
XV. VIR. SAC. FAC. Tripus cum Delphino, & Auicula,
S. C. Figura Palliata ſedens, dextra elata, ſiniſtra Schædas,

A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. *alij* TR. P.
LIBERI IMP. GERMAN. AVG. Duo Pueri ſe mutuo aſpicientes.

A. VITELLIVS GERMAN. IMP. TR. P. *in alio* IMP. AVG.
XV. VIR. SAC. FAC. Vt ſuperior.
PONT. MAXIM. Figura ſedens, dextra Pateram, ſiniſtra Haſtam.

. . . .
✻ CONCORDIA P. R. Figura ſedens cum Patera, & Cornucopiæ. *P. Cattanei.*
✻ CONCORDIA PRÆTORIANORVM, (Figura mul. ſtans, dextra Caduceum, ſiniſtra Cornucopiæ. *Oyſel. Tab. 81. num. 10.*
✻ (Figura mul. ſtans, dextra Ramum, ſiniſtra Cornu copiæ. *Vaill. Tom. 2. f. 45.*
✻ GER. CAPTA. Victoria Scutum imponit Trophæo, ad cuius pedes Captiuus ſedet, in Clypeo VIC. GER. *Num. Arſcot. Tab. 24. num. 19.*
✻ PRÆTORIANORVM. Duæ dextræ iunctæ. *Vaillant. Tom. 2. f. 46.*
✻ ROMA RENASC. Figura Galeata ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam. *Num. Arſcot. Tab. 24. num. 9.*
✻ VIC. AVGVSTI. Victoria alata ſtans, Clypeum trunco Arboris imponens; in Clypeo S. P. Q. R. *Num. Arſcot. Tab. 24.*
✻ VICTORIA AVGVSTI. Victoria alata gradiens Serto inſcribit S. P. Q. R. *Theſ. Theupol.*

A. VITELLIVS IMP. GERMANICVS.
I. O. M. CAPITOLINVS. Figura Iouis feminudi tenentis manu dextra Fulmen, finiftra Haftam, & fedentis in Templo. *Smetius*.
A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P.
✻ PONT. MAXIM. Figura fedens, dextra Pateram, finiftra Haftam. *M. N.*
✻ L. VITELLIVS COS. III. CENSOR. Caput L. Vitellij cum Sceptro Confulari. *Patin. Thef.*
✻ LIBERI IMP. GERMAN. Duo Capita fe refpicientia. *Patin. Thefaur.*
A. VITELLIVS GERM. IMP. P. P.
✻ LIBERTAS RESTITVTA. Figura feminuda ftans, dextra Pateram, finiftra Haftam. *Ex Thef. Mauroceno I. C. Bon.*
Æ. A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P.
✻ ANNONA AVGVSTI S. C. Duæ figuræ vna ftantis Fortunæ, alia Cereris fedentis, Prora Nauis intermedia. *Vaillant. Tom. 1. f. 26.*
CONCORDIA AVGVSTI S. C. Figura fedens, dextra Pateram, finiftra Cornucopiæ.
HONOS, ET VIRTVS S. C. Signa Honoris, & Virtutis.
L. VITELL. CENSOR II. S. C. Imp. fedens, & coram eo tres Figuræ ftolatæ.
✻ L. VITELLIVS COS. III. CENSOR. Caput Laureatum, ante quod Sceptrum eburneum. *Strada f. 47.*
✻ MARS VICTOR S. C. Mars gradiens, dextra Victoriolam, finiftra Trophæum, *ex Ind. Polatio.*
PAX AVGVSTI S. C. Pacis Typus, Figura ftans, dextra Ramum, finiftra Cornucopiæ.
✻ PAX GER. ROMA S. C. Rom Galeata fedeis, finiftra Scuto nixa, dextra Victoriolam, quæ Lauream offert aliæ Figuræ togatæ, ftanti, propè quam alia Figura muliebris. *Vaillant. tom. 1. f. 27.*
PROVIDENTIA S. C. Templum.
✻ PROVIDENT. S. C. Templum. *M. N.*
✻ S. P. Q. R. OB CIV. SER. In Corona. *ex Ind. Polatio.*
VICTORIA AVGVSTI S. C. (Victoria ftans coram Palma, in qua Clypeus cum infcriptione OB CIV. SER.
(Victoria ftans coram Palma cum Clypeo, in quo VIC. AVG.
A. VITELLIVS IMP. GERMAN.
ÆQVITAS AVGVSTI S. C. (Figura ftans, dextra Bilancem, finiftra Cornucopiæ.
✻ (Figura ftans, dextra Bilancem, finiftra Bacillum. *Num. Arfcot. tab. 23. num. 24*
CONSENSVS EXERCITVVM S. C. (Mars gradiuus, dextra Scipionem, finiftra Trophæum.
✻ (Mars nudus Capite Galeato, dextra Scipionem, finiftra fignum militare. *R. P. Cattanei.*
✻ FIDES EXERCITVVM S. C. Nexus manuum. *R. P. Cattanei.*
✻ LIBERTAS RESTITVTA S. C. Figura ftans cum Pileo, & Hafta. *R. P. Cattanei.*
MARS VICTOR S. C. Mars gradiens, dextra fignum militare, finiftra Victoriolam.
✻ VICTORIA AVGVSTI S. C. Victoria cum Scuto, in quo S. P. Q. R. *R. P. Cattanei.*
A. VITELLIVS GERMANICVS IMP.
FIDES EXERCITVVM S. C. Duæ dextræ iunctæ.
S. C. Victoria fedens, dextra Pateram, finiftra Palmam.
A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P. *al.* P. M. TR. P.
✻ PAX AVGVSTI S. C. (Figura ftolata ftans, dextram porrigit figuræ Galeatæ, finiftra Clypeum tenenti. *Angell. num. 8. f. 73.*
✻ (Figura ftans, dextra Oleæ Ramum, finiftra Cornucopiæ. *Ind. Cauotorta.*
PETRON. ET P. VITELL. . . . . S. C. Duæ figuræ ftantes, cum Pilis.
✻ ROMA S. C. Roma fpolijs infidens, dextra Victoriolam. *Ind. Cauotorta.*
✻ S. C. Duplex Cornucopiæ Caduceo medio. *Angellon. f. 73. num. 7.*
✻ VICTORIA AVGVSTI S. C. Victoria Galeam imponit Trophæo, fub quo Captiuus humi fedet. *Angellon. f. 73. num. 6.*
A. VITELLIVS GERMAN. IMP. TR. P. *in alio* IMP. AVG. P. M. TR. P.
CONCORD. AVG. S. C. Figura fedens, dextra Ramum, finiftra Haftam per tranfuerfum.
✻ L. VITELL. CENSOR II. S. C. Imp. fedens in fubftructione, antè eum quatuor figuræ ftantes. *M. N.*
✻ LIBERTAS PVBLICA S. C. Figura ftans, dextra elata cum Serto. *R. P. Cattanei.*
✻ MARS VICTOR S. C. Mars armatus Galeatus, dextra Victoriolam, finiftra Parazonium. *Ind. Cauotorta.*
✻ S. C. Mars gradiuus. *M. N.*
A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. P. M.
✻ ADVENTVS AVGVSTI S. C. Figura mil. Galeata, finiftra Clypeum cum Pugione, dextram porrigit figuræ Paludatæ. *Num. Arfcot. tab. 23. num. 22.*
✻ FORTVNÆ REDVCI S. C. Fortunæ Reducis, fedentis Typus. *ibidem num. 23.*
. . . .
✻ CERES AVGVSTA S. C. Figura fedens, dextra Spicas, finiftra Facem. *Num. Arfcot. t. 24. n. 17.*
✻ CERES AVG. S. C. Typus, vt fuperior. *Pat. Ind. f. 8.*
✻ CLEMENTIA IMP. GERMAN. S. C. Figura feminuda fedens, dextra Spicas, finiftra Haftam. *Num Arfcot. tab. 24. num. 16.*
✻ CONCORDIA AVGVSTI S. C. Figura fedens, dextra Pateram fuper Aram portendens, finiftra Cornucopiæ. *Angell. f. 73. num. 11.*
✻ CONCORDIA EXERCITVVM S. C. Duæ dextræ iunctæ. *Vaill. t. 1. f. 26.*
✻ CONCORDIA P. R. S. C. Figura fedens, dextra Pateram, finiftra duo Cornucopiæ. *Num. Arfcot. tab. 24. num. 21.*
✻ L. VITELLIVS COS. III. CENSOR S. C. Figura fedens, dextra elata, pedibus Nauis Proræ nixis. *Num. Arfcot. tab. 24. num. 13.*
✻ PROVID. S. C. Ara. *R. P. Cattanei.*

A. VI-

A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P. M. P. P.

* LIBERTAS RESTITVTA S. C. Figura ſtans, dextra elata, Stolam tenens, cum Pileo. *Musæi Moſcardi.*
* PAX AVG. S. C. Figura ſtans, dextra Ramum Lauri, ſiniſtra Cornucopiæ. *Num. Arſcot. tab. 24. num. 10.*
* PAX, ET VIRTVS S. C. Figura togata ſtans, dextram figuræ militari porrigens. *Vaill. t. 1. f. 26.*
* ROMA RENASCENS S. C. Figura Galeata ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam puram. *Vaillant. tom. 1. f. 28.*
* ROMA S. C. Figura mul. Galeata ſtans, dextra Victoriolam cum Serto, ſiniſtra Haſtam puram, *Angell. f. 73. num. 9.*
* S. C. Victoria ſedens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Num. Arſcot. tab. 24. num. 8.*
* SECVRIT. P. ROMANI S. C. Figura ſedens, dextra velum leuans, antè quam Vas cum Face. *Pat. Ind. f. 8.*
* VICTORIA AVGVSTI S. C. Victoria Clypeum tenens, in quo S. P. Q. R. *Pat. Ind. f. 8.*
* VICTOR. AVGVSTI S. C. Victoria inſcribens Clypeo, Trophæo appenſo. *ibidem.*
* VRBS RESTITVTA S. C. Figura Paludata, Galeato Capite ſtans, dextra extenſa Victoriolam, ſiniſtra Haſtam gerens. *Vaill. tom. 1. f. 28.*
* VRBEM RESTITVTAM S. C. Imp. ſtans, figuram muliebrem Galeatam genuflexam ſubleuat, à tergo Imp. duo Milites Galeati dextris Haſtas, ſiniſtris Scuta. *Angellon. f. 73. num. 10.*

A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. P. M. TR. P.

* LIBERI IMP. GERMA. Duo Filij Vitellij ſe ſe mutuò aſpicientes, ſine Corollis. *Ind. Cauotorta*, vbi additur; *Aliud ex Ære non vidimus, ex Auro, & Argento plures Scriptores explicant.*
* VICTOR. AVGVSTI S. C. Stat Victoria alata, coram Palma, in qua Clypeus literis exeſis. *Ind. Cauotorta.*

A. VITELLIVS GERMA. IMP. AVG. P. M. TR. P.

* SECVRITAS P. ROMANI S. C. Figura ſedens, cubito ſiniſtro Sellæ nixa, dextram Capiti imponens, antè eam Ara cum igne, ex qua erumpit Fax accenſa. *Ind. Polatto.*

NVMMI VITELLII IN COLONIIS CVSI.

Colonia Auguſta.

Ad quam ex Colonijs Auguſtis refferendus ſit Nummus prorſus ignoro, cum nec Eruditiſſimus Patinus, *qui Nummum deſcripſit, id aperuerit, nec Nummus adſit.*

. . . . COL. AVG. Colonus agens iugum Bouum. *Pat. Ind. f. 8.*

35

FL. VESPASIANVS.

Veſpaſianus naſcitur Phalacrinæ, Q. Sulpicio Camerino, & C. Poppæo Sabino Coſs. Patre T. Flauio Veſpaſiano, Matre Veſpaſia Polla; Vir ſtaturæ quadratæ, membriſque compactis, & firmis, valetudinis proſperrimæ, quam abſtinentia, & frictionibus fouebat; eius vultum expreſſit Martialis, cum inquit.

Et faciem durum Phœbe cacantis habes. & alibi.
Et faciem ſub aquis Phœbe natantis habes.

Hic res gnauiter adminiſtrauit in Syria, copias, & legiones auxit, & Ciuitates conuertit in ſe: præſens, & fortis in conflictu, adeò vt in oppugnatione cuiuſdam Caſtelli lapidis ictum genu, ſcuto ſagittas aliquot exceperit. Cum Iudæi deſciuiſſent, & ob humilitatem generis, & nominis eum ſpreuiſſent, omnes eorum Vrbes expugnauit, Hyeroſolima excepta, quam Titus F. cepit, incenditque, in cuius excidio vndecim centena millia ferro, & fame perierunt, centum millia capta, & venundata, quare Pater, & Filius eodem Curru triumpharunt, Domitiano ſequente in Equo candido. In pretio autem habuit conquiſitos ex Dauidis Regia Stirpe. Ioſephus ex nobilibus captiuis, cum conijceretur in vincula, conſtantiſſimè affeuerauit, fore, vt ab eodem breui liberaretur, ſed Imperatore. Auaritia in eo notata eſt, quod exprobrauit in Bubulcus, qui negata ſibi liberalitate ſuppliciter oranti, proclamabat, *Vulpem pilum, non mores, mutare.* Alij dicunt eum neceſſitate compulſum propter ſummam Ærarij inopiam fuiſſe parciorem. Mediocritatem autem priſcam nec diſſimulauit vnquam, & irriſit eos qui Flauiam originem ad Herculis Comites referebant. Ingenia, & artes maximè fouit, Primus enim è Fiſco Latinis, & Græcis Oratoribus annua ſalaria conſtituit: præſtantes Poetas, & Artifices coluit. Tito F. eum reprehendente, quòd etiam vrinæ vectigal commentus eſſet, pecuniam ex prima penſione admouit naribus Titi, ſciſcitans num odore offenderetur, & illo negante, Atqui, inquit, è lotio eſt. Inteſtina creberrimo frigidæ aquæ vſu corruperat, vndè aluo, vſque ad animi defectionem ſoluta thermas ægrè petijt, vbi re non ſuccedente *Imp.* ait *ſtantem oportere mori*; & dum nititur, inter manus ſubleuantium extinctus eſt, natus annos 69.

T. FLAVIVS VESPASIANVS COS. DES. II. IMP. II. *A.D. Kal. Iulij* AVGVSTVS *ab Exercitu Iudaico salutatur, & occiso Vitellio Romæ A. D. IX. Kal. Ian.* P.M. TR.P. IMP. III. *dicitur.*

A.V.C.822. Christi 69. *COSS.* Kal. Nouembris. *C. Quintius Atticus, Cn. Cæcil. Simplex.*

Aur. CÆS. IMP. VESP. PON. TR. POT. CENS.
VESTA. Templum Vestæ, in quo tres Figuræ.
Inter cætera, quæ incendio A.V.C. 817. periere, referente Tacito lib. 15. *Delubrum Vestæ cum Penatibus Pop. Rom. exusta sunt, hoc postea à Vespasiano restitutum, docent Nummi, quibus Vestæ Templum signatum est.*
IMP. CÆS. VESPASIAN AVG. CENS.
PONTIF. MAXIM. Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Hastam.
VESTA. Vt superior.
IMP. CÆS. VESPASIANVS AVG.
ÆTER. Æternitatis Typus.
CÆSAR VESPASIANVS AVG.
ANNONA AVG. Figura sinistro lateri nixa.
CERES AVGVST. Ceres stans, dextra Spicas, sinistra Pilum.
IMP. Quadrigæ Triumphales.
VICTORIA AVG. Sedens, dextra Lauream, sinistra Palmam.
Ad Victoriam, quam ae occiso Vitellio reportauit hoc anno referendus Nummus.
IMP. CÆSAR VESPASIANVS AVG. *in alijs* CAE.
ANNONA AVG. Figura sedens, dextra Sellæ nixa, sinistra Spicas.
Tacitus *lib. 4. Histor.* Tum (Vespasianus) celerrimas nauium frumento onustas, sæuo adhuc Mari committit, quippe tanto discrimine Vrbs nutabat, vt decem haud amplius dierum frumentum in horreis fuerit, cum à Vespasiano commeatus subuenere.
Hinc Nummus gratitudinis testis signatus.
AVG. In medio Laureæ.
IOVI CVSTODI. Iupiter stans coram Ara.
TITVS, ET DOMITIAN. CÆSARES PRINC. IVVENT. Duæ Figuræ Equestres decurrentes.
Post Vespasianum appellatum Augustum, Titus, & Domit. Cæsares dicti sunt, Principesque Iuuentutis: Titus a Patre in Iudæa, Domitianus verò ab Exercitu Romæ, vt & Cæsaris, & Principis Iuuentutis appellationibus eorundem in Principatu Patris, successio signaretur.
IMP. CÆS. VESP. AVG. AVGVR. PONT. MAX.
* ÆTERNITAS. Figura stolata stans ad Aram, manibus capita Solis, & Lunæ sustinens. *Num. Arscot. tab. 27. n. 12.*
Æternitatis Typus, capita Solis, & Lunæ præferebat, vt in Traiani Nummis, & Hadriani quoque videtur, idq; ex Ægyptiorum Hieroglyphicis, apud quos Æternitatem quoque designabant duo hi Planetæ. Putabant enim eos, vt & Mundum sine principio, de qua re Orus Apollo.
IMP. CÆSAR AVG. VESPASIANVS.
MARS VLTOR. Mars gradiens, dextra Hastam, Trophæum humero sinistro gerens.
. . . .
* ÆTERNITAS. Victoria alata, dextra Solem, læua Lunam, idest Isidem, & Osyridem. *Ex Musæo D. Caroli Tortæ I. C. Bon.*
* C. L. V. In Clypeo binis Capricornis medio, sub quo Scutum. *Spanhem. f. 210.*
* CONSENSVS EXERCI. Duæ Figuræ Paludatæ, dextras iungentes, sinistris Hastas. *Vaillant. tom. 2. f. 47.*
* PACI ORBIS TERRARVM. *Spanhem. f. 849.*
* Æsculapius, & Serpens. *Ex Musæo D. Caroli Tortæ I. C. Bon.*
* TITVS, ET DOMITIANVS CAESARES PRINCIP. IVVENT. Duæ Figuræ Equestres. *Ex Thes. Theupol. I. C. Bon.*

Ar. IMP. CAESAR VESPASIANVS.
PACIS EVENTVM. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Spicas.
IMP. CAES. VESP. AVG. P. M.
AVGVR. PONT. MAX. Quatuor Signa Pontificalia.
AVGVR. TR. POT. Quatuor Signa Pontificalia.
* PON. MAX. Figura sedens, dextra Capedunculam. *M. N.*
TR. POT. Vesta sedens, dextra Simpulum, *in alia* Capedunculam.
IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. *in alijs* CAESAR. *alius addit* P. M.
FORTVNA AVGVSTI. Fortuna Cippo instans cum Temone, & Cornucopiæ.
Solebant Principes Rom. Fortunam Auream in cubiculo semper habere, quod ex eo sumpsisse initium videtur. quod scribit Sueton. *in Galba.* Sumpta virili Toga somniauit Fortunam dicentem stare se ante fores defessam, & nisi ociùs reciperetur, cuicunque obuio prædæ futuram, vtque euigilauit aperto Atrio, simulachrum Aeneum Deæ Cubitali maius iuxtà limen inuenit, idque gremio suo Tusculum, vbi æstiuare consueuerat aduexit, & in parte Aedium consecratum, menstruis deinde supplicationibus, & peruigilio anniuersario coluit.
Temo verò, quo reguntur Naues, & Cornucopiæ, quod abundantiæ Typus est, Principem ex vtilitate publica imperantem, regentemq; designant.
IMP. ITER TR. POT. { Figura sedens, dextra Ramum, sinistra Caduceum, vel Scipionem. | Mars Gradiuus cum spolijs.
* IOVIS CVSTOS. Iupiter stans coram Ara, dextra Pateram, sinistra Hastam. *M. N.*
* LIBERI IMPERAT. AVG. VESP. Figuræ stolatæ stantes pro suggestu. *Ex Musæo Ruzini I.C. Bon.*
LIBERI IMP. AVG. VESPAS. Duæ Figuræ velatæ Sacerdotum habitu.
LIBERI IMP. AVG. VESPAS. Duo Capita aduersa Titi, & Domitiani.
* PAX AVGVSTI. Pacis Typus, vt in Claudio. *Ex Tristan. tom. 1. f. 284.*
PIETATI POPVLI ROMANI. *Golz. Th. 8.*
PON. MAX. TR. P. COS. I. Figura sedens, dextra Spicas.

PON.

PON. MAX. Figura ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Ramum.
PONTIF. MAXIM. Eodem Typo.
Pacis Typus.
TR. POT. Veſta ſedens dextra Capedunculam.
Figura ſedens, dextra Caduceum, ſiniſtra Ramum.
ROMA. Figura Militis Galeata, dextra Pilum, ſiniſtra Trophæum.
IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG. TR. P.
TITVS, ET DOMITITIAN. CAESARES PRIN. IVVENT. Duæ Figuræ Togatæ ſedentes, dextris Ramos Lauri.
Duæ Figuræ Equeſtres decurrentes.
CAES. AVG. VESPAS. Caput Veſpaſiani cum pectore, ſuprà quod Titi Caput.
CONCORDIA S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra duo Cornucopiæ.
DIANA LVCIFERA S. C. Figura stans, vtraque manu Facem tenens.
* FECVNDITAS S. C. Figura sedens, dextra blanditur puerulo ante eam stanti. *Ind. Polatio.*
* HILARITAS S. C. Vt superior. *Num. Fasch.*
* IVNO S. C. Stans. *Pat. Ind. f. 17.*

IVNO LVCINA S. C. Figura velata stans, dextra Pateram, sinistra Hastam.
* IVNO REGINA S. C. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Hastam, ad pedes Pauo. *M. N.*
* IVNONI REGINAE S. C. Eodem Typo. *Vaill. tom. 1. f. 99.*

LAETITIA S. C. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Temonem cum Globo. / Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Temonem cum Globo.
* PVDICITIA S. C. Figura sedens, dextra pectori admota. *M. N.*

VENERI VICTRICI S. C. Duæ Figuræ stantes.
VENVS S. C. Figura muliebris stans, dextra elata cum Ramo, sinistram suprà caput eleuans.
* VENVS FELIX S. C. Figura sedens, altera manu Cupidinem, aut Victoriolam, altera Hastam tenens. *M. N.*

CRISPINA AVG. IMP. COMMOD. AVG. GERM. SARM.
HILARITAS S. C. Hilaritatis Typus.

P. HEL.

61

P. HELVIVS PERTINAX.

Post Commodum interfectum sexagenario maior Imperator est appellatus, Vir bonus, statura Imperatoria, habitudo corporis pinguior, eloquentia mediocris, magis blandus, quam benignus, optimo ingenio, & robusto corpore præditus, nisi quod paulùm pedum laboribus impediretur. Imperium adeptus Princeps Senatus vetere consuetudine vocatus est, tum verò corrigere cœpit omnia, quæ fierent sine ordine, & modo: humanitas enim, & probitas, & optima administrato rei familiaris, ac prudentia in publicis rebus gerendis, cuncta pari diligentia in hoc Imperatore cernebantur. Is dum conatur omnia emendare, breui temporis spatio à Prætorianis, & Læto Præfecto, qui eum Imp. fecerat, est confossus in Palatio, Didio Iuliano conscio. Neque nouerat homo multarum rerum peritus, multa simul tutò corrigi non posse, sed si quid aliud in rebus humanis, tum in primis Ciuilem statum tempore egere, & consilio. Vixit annis sexaginta septem (82. *Baron.*) à Seuero Imperat. inter Diuos relatus.

P. HELVIVS PERTINAX COS. II. *Commodo occiso* AVG. P.M. TR. P. P.P. *&* IMP. *dicitur A. D. Kal. Ianuarij.*

A.V.C. 946. Christi 193. *COSS. Q. Sosius Falco. C. Iul. Fructus Clarus.*

Eodem Anno III. Kal. April. occisus est.

Aur. IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG.
AEQVIT. AVG. TR. P. COS. II. Figura mul. stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ.
LAETITIA TEMPOR. COS. II. Figura mul. stans, dextra Lauream, sinistra Palmam.
* PROVIDENTIAE DEORVM COS. II. Figura stans, ambabus manibus elatis ad Sydus. *Hulsius.*
. . . PERTINAX AVG.
* . . . . COS. . . . . TIBERIS. Fluuius sedens, dextra Bacillo Nauim tangens, sinistra Arundinem, & Vas, ex quo Aquas effundit. *Strada f. 77.*
. . . .
* VOTA DECEN. TR. P. COS. II. Figura Velata sacrificans suprà Tripodem. *Vaill. tom. 2. f. 95.*

Ar. IMP. C. P. HEL. PERT.
AEQVITAS AVG. COS. II.
IMP. C. P. HELV. PERTIN. AVG.
COS. II. { LAETITIA TEMPOR. Figura stans, dextra Lauream, sinistra Hastam.
{ PROVIDEN. DEORVM. { Figura stolata stans, dextram portendens ad Astrum.
{ Figura stolata stans, dextram portendens ad Globum.
DIS. CVSTODIBVS. Fortunæ Typus, dextra Temonem, cum Globo, sinistra Cornucopiæ.
HERC. CO. Duo Hercules stantes, cum Clauis.
* LIBERATIS CIVIBVS. Figura stans, dextra Tesseram Frumentariam, siistra duplex Cornucopiæ. *Seguin. f. 154.*
P. M. TR. P. TIBERIS. Fluuij sedentis simulacrum.
TR. P. COS. II. { AEQVIT. AVG. Figura mul. stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ.
{ OPI DIVINAE. Figura sedens, dextra Spicas.
{ VOT. DECENN. Figura Velata sacrificans.
IMP. C. P. HELVI. PERTINAX AVG.
P. M. TR. P. COS. II. *alij* P. P.
P. M. TR. P. TIBERIS.
. . . .
* IANO CONSERVAT. Figura Iani Brifontis stantis. *Vaill. tom. 2. f. 94.*
* SAECVLO FRVGIFERO. Caduceum inter Spicas. *ibidem.*
IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG.
* AEQVITAS AVG. TR. P. COS. II. Vt superior. *Patin. Thesaur.*
* LAETITIA TEMPOR. COS. II. Vt superiori Typo. *ibidem.*
* LIBERATIS CIVIBVS. Figura mul. stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiæ. *Musæi Dauiæ. Nummum hunc quantiuis pretij primum summa cum voluptate intueri licuit Bononiæ benignitate Illustrissimi D. Co. Caroli Maluasiæ S. Petri Canonici, qui inter quamplura Argentea Numismata & hoc singulare possidebat, quod iam Illustrissimi D. Dauiæ Thesauris accessit.*
* OPI DIVIN. TR. P. COS. II. Vt in superiori. *Patin. Thesaur.*
* VOT. DECEN. TR. P. COS. II. Figura Velata antè Aram, dextra Pateram. *ibidem.*
IMP. HEL. PERT. CAE. AVG.
* DIS. CVSTODIBVS. Figura mul. stans, læua Cornucopiæ, dextra Temonem gerens. *I.C. Bon.*

Æ. IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG.
* AEQVITAS TR. P. COS. II. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ. *Ind. Canotor.*
* COS. II. AEQVI. AVG. S. C. Figura stolata stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ. *Vaill. tom. 1. f. 100.*

N. P.

* N. P. M. TR. P. COS. II. S. C. Roma Clypeo insidens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *Musai Moscardi.*
* P. M. TR. P. COS. II. LIB. AVG. S. C. Imp. in substructione sedens Congiarium distribuit. *Angell. f. 222. n. 4.*

TR. P. COS. II. LIB. AVG. S.C. * { Figura stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiæ. *ibidem n.8.* / Imp. sedens in substructione distribuit Congiarium. *Vaill. tom. 1. f. 101.* }

TR. P. COS. II. S. C. * { VOT. DECENN. Figura Velata sacrificans coram Tripode. / AEQVITAS AVGVSTI. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ. *M. N.* }

IMP. CAES. P. HELVI. PERTINAX AVG.
DIS. CVSTODIBVS S. C. Vt superior Argenteus.
LAETITIAE TEMPORVM S. C. Figura dextra Sertum, sinistra Hastam.
* LIBERALITAS AVG. S. C. Figura muliebris Stolata, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiæ. *Vaill. tom. 1. f. 101.*

PROVIDENTIAE DEORVM COS. II. S. C. { * Figura stans dextra elata, suprà quam Sydus. *Ex Angell. f. 222. n. 4.* / * Figura stans ambabus manibus elatis ad Sydus. *Hulsius.* }

TR. P. COS. II. S. C. { OPI DIVIN. Vt superior Argenteus. / * VOT. DECENN. Imp. sacrificans. *Pat. Ind. f. 18.* }
VOT. DECENNAL. COS. II. S. C. Imp. sacrificans.
* VOTIS DECENNALIBVS S. C. In Laurea. *Vaill. tom. 1. f. 101.*

IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.
* . . QVITAS AVG. S. C. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ. *Ind: Polatio.*
* AEQVIT. AVG. COS. II. S. C. Vt superior. *Patin. Thesaur.*
* LAETITIA TEMPORVM COS. II. S. C. Vt superior. *Ind. Polatio.*
* LIB. AVG. TR. P. COS. II. S. C. Liberalitas stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiæ. *Ind. Cauotorta.*
* OPI DIVIN. TR. P. COS. II. . . S. C. Figura sedens, dextra tres Spicas, sinistra Baculum. *Patin. Thesaur.*
* . . . . . Duo capita se respicientia, quorum vnum est Pertinacis, aliud Iuuenile, literis exesis.
* Figura stans Neptuni, dextra Acrostolium, sinistra Tridentem, literæ aliæ legi nequeunt, præter O I O E K. *Ind. Polatio.*

IMP. CAES. P. HELV. PERTINAX AVG.
* AEQVIT. AVG. TR. P. COS. II. S. C. Aequitatis Typus. *Ex Ind. Polatio.*
PROVIDENTIAE DEORVM COS. II. S. C. Figura stans Globum in aere suspensum exceptura. *Patin. Thes.*

. . . .
* LAETITIA TEMPOR. COS. II. S. C. Figura stans, vt superior. *Pat. Ind. f. 18.*
* VOT. DECENN. TR. P. COS. II. S. C. Figura mul. Stolata stans, dextram portendens ad Globum. *Vaill. tom. 1. f. 101.*

DIVVS PERT. PIVS PATER. *alius* DIVVS PERTINAX PIVS PATER. *Ind. Cauotorta.*

CONSECRATIO S. C. * { Aquila insidens Globo. / Rogus. *Vaill. Tom. 1. f. 102.* / * Aquila insistens Aræ. *Num. Fasch.* }

* AETERNITAS. Currus Consecrationis à quatuor Elephantibus tractus, suprà Elephantes singulos, singuli Sessores, in Curru statua Imp. *Egregium Numisma, vulgo Medaglione. ex Ind. Polatio.*

NVMMI PERTINACIS IN COLONIIS CVSI.

Col. Heluia.

Tristanus *Eruditissimus Nummum sequentem ad* Heluiam Ricinam *Coloniam refert, quam in Piceno fuisse docet.*

IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG.
* COL. HEL. Duo Hercules nudi se aspicientes, dextris Clauas, sinistris spolia Leonis. *Tristan. Tom. 2. f. 16. videndus.*

62

M. DIDIVS SEVERVS IVLIANVS.

Vir senex, gulosus, aleator, superbus, & armis gladiatorijs exercitus, Imperium à Militibus mercatus, quibus fidem non præstitit; Hic, vt primum cædem Pertinacis intellexit, properè peruenit ad Exercitum, & ad portas Ca-

Castrorū, petens à Militibus Rom. Imp., quod tùm primùm venale erat, licitante contrà Sulpiciano intrà Castra: sed Iuliano promittente vigintiquinque Sextertia, prævaluit, & Imp. designatus est. Sub vesperam in Senatum veniens, multa de suis laudibus prædicauit, tandem occupato Imperio, res agere cœpit homine libero indignas. Hoc cognito Seuerus Romam pergit, facto priùs Cæsare Albino. Iulianus Seuerum hostem iudicat ex auctoritate Senatus, comparatque se, vt cum eo pugnet, sed frustrà; Militibus ad Seuerum deficientibus, & Prætorianis persuasis Seueri literis, se si modo interfectores Pertinacis dederent, & sub armis discederent, nullum damnum passuros; Quo peracto Iulianus capite damnatus à Senatu, & Seuerus Imp. appellatus est; missique à Senatu, qui eum occiderent: à quodam gregario Milite inter fœdissimas complorationes, ab omnibus amicis destitutus, trucidatus est, Imperij sui mense secundo, die quinto post interfectum à se Pertinacem. Corpus eius Vxori traditum est ad sepelliendum, vt fuit in Saluij Iuliani I. C. Proaui Monumento sepultum. Vixit annis 56. mens. 4. alij sexaginta annis vixisse afferunt, hominem pecuniosissimum, & profusissima luxuria, ac nouarum rerum cupidum, vide *Herodianum*.

M. DIDIVS SALVIVS IVLIANVS *occiso Pertinace à Militibus Imperium mercatur*, & M. DIDIVS COMMODVS SEVER. IVLIANVS P.M. TR.P. COS.II. P.P. IMP. *dicitur A.D. III. Kal. April.*

A.V.C. 946. Christi 193. COSS. Kal. Mart. *Fl. Claudius Sulpitianus. L. Fabius Cilo Septimianus.*

Aur. IMP. CAES. M. DID. SEV. IVLIAN. AVG.

CONCORD. MILIT. { Figura Stolata stans inter duo Signa Militaria. / Duæ Figuræ Stolatæ stantes, porrigentes sibi inuicem dextras, super Ara accensa. }

Ad indicandum consensum Prætorianarum Cohortium, in venditione Imperij Romani Iuliano facta cusi Nummi cum Concordiæ symbolo.

Ar. IMP. CAES. M. DID. SEV. *alij* IVLIAN AVG.

CONCORDIA. Imp. Togatus dextra Globum tenens.

P. M. TR. P. COS. Fortuna, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ.

RECTOR ORBIS. Imp. Togatus dextra Globum tenens.

CONCORD. MILIT. Figura muliebris stans inter duo Signa Militaria, quæ manibus tenet. *Patin. Thesaur.*

IMP. CAES. M. DID. SEV. IVLIAN. AVG.

* S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. In Laurea. *Tristanus Tom. 2. f. 23.*

Æ. IMP. CAES. M. DID. SEV. *alij* SEVER. IVLIAN. AVG.

* CONCORD. MILIT. S. C. Figura stans inter duo Signa Legionaria. *Ind. Cauotorta.*

P. M. TR. P. COS. S. C. Figura stans, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ.

RECTOR ORBIS S. C. Imp. Togatus dextra Globum tenens.

IMP. CAES. M. DID. COM. *alij* SEVER. IVLIANVS AVG.

CONCORDIA MILITVM S. C. Figura mul. stans inter duo Signa Militaria. *Angell. f. 225. n. 4.*

CONCORD. MILIT. S. C. * { Eodem Typo. *Ind. Polatio.* / Duæ Figuræ Paludatæ stantes, sibi inuicem manus porrigentes, super Ara accensa. }

FIDES PRAETORIANORVM. *Golzius Thes. 4.*

* FORTVNA AVGVSTI S. C. Figura stans, dextra Temonem cum Globo, sinistra Cornucopiæ. *Tristan. Tom. 2. f. 23.*

P. M. TR. P. COS. S. C. { Fortuna, dextra Temonem super Globum, sinistra Cornucopiæ. / Tiberis Fluuij Typus, cum Romulo, & Remo sub Lupa. }

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. In Laurea.

IMP. CAES. M. DID. SEVER. IVLIANVS AVG.

* RECTOR ORBIS S. C. Imp. Togatus, dextra Globum tenens. *Strada fol. 79.*

IMP. CAES. M. DIDI. SEVER. IVLIAN. AVG.

* RECTOR ORBIS S. C. Eodem Typo. *Ex Ind. Polatio.*

. . . .

* FIDES MILITVM S. C. Figura muliebris vtraque manu Signum Militare. *Vaill. Tom. 1. f. 103.*

* P. M. TR. P. COS. II. S. C. Figura muliebris, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *ibidem.*

63

MANLIA SCANTILLA.

Didij Iuliani Vxor; ab hac persuasus Imperium suscepit, ac posteà à Senatu AVGVSTA est appellata.

Aur. MANLIA SCANTILLA AVG.

IVNO REGINA. Iuno cum Pauone ad pedes.

Ar. MANLIA SCANTILLA AVG.

IVNO REGINA. Iuno cum Pauone ad pedes, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ. *P. Minij.*

Æ. MANLIA SCANTILLA AVG.

IVNO REGINA S. C. Iuno dextra Pateram, sinistra Hastam geniculatam cum Pauone ad pedes.

DIDIA

64



DIDIA CLARA.

Iuliani ex Manlia Filia, suæ ætatis puellarum omnium formosissima, cum Matre, quæ admodum deformis erat AVGVSTA appellata, postquam Pater Imperium mercatus esset à Militibus, Cornelio Repentino Vrbis Præfecto in Vxorem tradita. Post Patris interitum nomen est abrogatum, sed concessum Patrimonium.

Ar. DIDIA CLARA AVG.
HILAR. TEMPOR. Figura stans, dextra Palmam, sinistra Cornucopiæ.
Æ. DIDIA CLARA AVG.
HILAR. TEMPOR. S. C. Figura stans, dextra Palmam, sinistra Cornucopiæ.
* HILARITAS TEMPORVM S. C. Vt superior. *Num. Arscot. tab. 52. n. 16.*
* VENVS VICTRIX S. C. Figura stans, dextra Pomum, sinistra elata. *Musæi Paparotti.*

65



C. PESCENNIVS NIGER.

Equestris Ordinis homo, nec virtute clarus, nec vitijs admodum insignis, Vir publicè, priuatimque minimè improbus, statura procera, forma decorus, oris verendi, ac semper rubidi, ceruice adeò nigra, vt ab ea NIGRI cognomen acceperit, cætera corporis parte candidus, pinguis, capillo ad gratiam in verticem reflexo, adeò vocalis, vt ad mille passus vox eius audiretur, Miles optimus, Tribunus singularis, Dux præcipuus, Legatus seuerissimus, Cos. insignis, domi, forisque conspicuus, Imperator infelix, ità appellatus ab Exercitu Syriaco post Iulianum necatum. Cùm Imperium affectaret ætatis erat iam ad senectutem spectantis, multisque, & magnis in rebus versatus, famam obtinuerat mansuetudinis, & dexteritatis, sic vt etiam Pertinacis vitam putaretur æmulari. Eius Exercitus Æmiliano Duce ad Cyzicum à Seuero fusus, fugatusque, deinde apud Issicum sinum (vbi quondam debellatus erat Darius ab Alexandro Magno) insignis strages edita. Niger fuga dilapsus Antiochiam peruenit; qua capta ad Euphratem confugit; quem insecuti Seueriani in suburbano quodam latitantem Equites repererunt, & caput eius amputatum, piloque affixum Byzantium, quæ Nigri partes Vrbs secuta, à Seuerianis obsidebatur, miserunt, cruci propè Mœnia affigendum. Filij eius cum Matre in exilium acti, & paulò post occisi, omnesq; illius amici supplicio affecti.

C. PESCENNIVS NIGERIVS PONT. TR. POT. COS. II. P. P. IMP. *dicitur à Syriacis Legionibus, viuente adhuc Didio Iuliano.*

COSS. Kal. Maij. *Silius Messalla.* *A.V.C.946. Christi 193.*

Aur. IMP. CAES. C. PESC. NIGER IVST. AVG. *alius addit* COS.
BONAE SPEI. Spei Typus.
MINER. VICTR. Figura Galeata stans, dextra Victoriolam, vt videtur tenens, quæ Figuræ aliæ siuè Imp. siuè Mineruæ Lauream impositura videtur.
VICTORIAE AVG. Victoria Lauream portendens.
Spes stans, dextra Florem, sinistra Stolam leuans.
Figura stans, dextra Canistrum cum Frugibus, sinistra Spicas.
IMP. CAES. C. PESC. NIGER IVST.
* BONAE SPEI. Spei Typus, dextra Florem trifidum, sinistra vestem leuans, Stolaque sinistro brachio pendet. *Hulsius.*
Ar. IMP. CAES. C. PESC. NIGER. *alij* NIGER IVS. AVG.
VICTORIAE AVG. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam.
Figura stans sinistra Cornucopiæ.

IMP.

IMP. CAES. C. PESCEN. NIGERIVS AVG.
BONI EVENTVS. Figura Stolata ſtans, ſiniſtra Ariſtam,& Papauer,dextra Pateram cum Frugibus.
FORTVNAE REDVCI. Figura ſedens, dextra Pateram, ſiniſtra Cornucopiæ.
IMP. CAES. C. PESCEN. NIGER IVSTVS AVG. COS. II.
CERERI FRVGIFERAE. Figura ſtans, dextra Spicas, ſiniſtra Haſtam puram.
FELICITAS TEMPOR. Duo Cornucopiæ.
MONETA AVG. Figura ſtans, dextra Bilancem, ſiniſtra Cornucopiæ.
IMP. CAES. C. PESC. NIGERIVS AVG. COS. II.
CONCORDIA MILIT. Figura ſtans inter duo Signa Militaria.
MATRI DEVM. Cybele ſtans cum Leone, dextra Globum, ſiniſtra nixa Columnæ Haſtam tenet.
IMP. CAES. PESC. . . . . . COS. II.
* VICTOR. IVST. AVG. Victoria dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *D. Ioſeph Magnauacca.*
IMP. CAES. C. PESC. . . . . AVG. COS. . .
* MARTI . . . . . . Figura Galeata ſtans, dextra Haſtam, ſiniſtra Victoriolam. *Theſauri Theupoli.*
IMP. CAES. C. PESC. NIGER IVST. AVG.
* APOLLINI SANCTO. Figura nuda ſtans, dextra Cippo Columnæ impoſita Ramum tenet. *Vaill. Tom. 2. f. 99.*
* BONAE SPEI, Spei Typus. *Triſtan. Tom. 2. f.* 34.
* FORTVNAE REDVCI. Figura ſtans, dextra Temonem, ſiniſtra Cornucopiæ. *P. Minij.*
* MINER. VICTR. Pallas Galeata,& Thoracata ſtans,dextra Haſtam, ſiniſtra Victoriolam,antè hanc Miles Haſtatus ſiniſtra, dextra Globum Palladi porrigens. *Triſtan. Tom. 2. f.* 38.
IMP. CAES. PESC. NIGER IVSTI AVG.
* FORTVNAE REDVCI. Figura ſtans capite tutullato, dextra Temonem, ſiniſtra Cornucopiæ. *Patin. Ind. fol.* 274.
IMP. CAES. PESC. NIGER IVST. AVG.
* INVICTO IMP. TROPHAE. Trophæum erectum.
Nummus his quantiuis pretij, & raritatis Schaffoſij reperitur inter Cimelia Generoſiſſimi D. Thobiæ Holandi à Berau, *vt monuit Eruditiſſimus I. C.* Fæſchius.
IMP. CAES. PESC. NIGER IVST. AVG.
* VICTORIA AVG. { Victoria ſtans, dextra Coronam, ſiniſtra Palmam. *Patin. Ind. fol.* 274.
* Victoria alata ſeminuda, dextra Sertum. *Patin. Theſaur.*
* VIRTVTI AVG. Miles ſtans, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum. *Num. Faſch.*
IMP. CAES. PES. NIGER IVST.
* BONI EVENTVS. Figura mul. ſtans, dextra Caniſtrum cum frugibus,ſiniſtra Spicas. *Patin.Theſ.*
IMP. CAES. C. PESC. NIGER IVST. AV.
* ROMAE AETERNAE. Roma ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam. *Muſai Dauia.*
IMP. CAES. C. PESC. . . . IVST. AV.
* VICTOR. IVST. COS. II. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Muſai Dauia.*
. . . .
* FELICITAS TEMPORVM. Caniſtrum floribus, & fructibus plenum. *Vaillant. Tom. 2. f.* 100.
* PIETATI AVG. Figura muliebris Stolata ſtans, dextra Pateram ſuper Aram ignitam ſuſtinet. *ibid.*
* ROMAE AETERNAE. Figura muliebris Galeata ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam, pro pedibus Clypeus. *ibidem.*
* VICTORIA. Victoria inſcribens Clypeo Trophæo appenſo AVG. *Patin. Ind. f.* 274.
* CONSECRATIO. Creſcens Lunæ circumdatus Stellis. *Vaillant. Tom. 2. f.* 100.
Conſecratum, & inter Diuos relatum Peſcennium docet nos ſingularis, & eximius Nummus, quis verò Augg. ſequentium illum conſecrauerit ignotum certè eſt, ſilentibus vbiq; Hiſtoricis.
Æ. IMP. CAES. C. PESCEN. NIGER IVST. AVG.
ADVENTVS AVGVSTI S.C. Duæ Figuræ Stolatæ porrigentes ſibi mutuò dextras.
. . . . CAES. C. PESC. NIGER IVST. AVG.
* BONAE SPEI. Spes gradiens, dextra Florem, ſiniſtra veſtem leuans, capite Calatho ornato. *Strada f.* 80.
Nummi Peſcennij Latini ex Ære, rara auis in Terris, mihi certè nunquam tales videre contigit.

66

DECIMVS CLODIVS SEPTIMVS ALBINVS.

Nobilis Romanus, ſtatura procera, capillo renodi, & criſpo, fronte lata, admirabili candore, voce muliebri ad ſonum Eunuchorum, motu facili, iracundia graui, furore triſtiſſimo, in luxuria varius, voracitatis maximæ. Cùm Seuerus aduerſus Peſcennium Exercitum duceret, metuens ne Albinus, qui tum Exercitui Britannico præerat, cum Exercitu Romam veniret, eum Cæſarem priùs, poſtea Imperij conſortem fecit. Victo Peſcennio, primùm inſidijs eſt petitus; quibus detectis, manifeſtè contrà eum Exercitum duxit, multiſque prælijs vario Marte acerrimè pugnatum, vltimo prælio propè Lugdunum commiſſo, fuſæ ſunt Albini Copiæ; ipſe ſauciatus à Militibus captus, ſemiuiuus ad Seuerum ductus, cuius abſciſſum caput, pilo priùs circumlatum, Romam miſſum, publico patibulo affixum eſt, corpus eius antè Prætorium ad fætorem iacuit, laceratumque à canibus, & in profluentem coniectum.

D. CLO-

D. CLODIVS CEIONIVS SEPTIMIVS ALBINVS *à Seuero Augusto* CÆSAR *appellatur*.

COSS. Kal. Iul. *Aetius. Prolius.* *A.V.C.946. Christi 193.*

Aur. D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES.
FORTVNAE REDVCI. Figura muliebris sedens, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *Vaillant. Tom. 2. f. 103.*

Ar. D. CLODIVS ALBINVS CAES.
PROVID. AVG. COS. Figura muliebris, dextra Ramum, sinistra Hastam, ad pedes Globus.
D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES.
* FORTVNAE REDVCI. Figura muliebris sedens, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *Vaill. tom. 2. f. 103.*
ROMAE AETERNAE. Roma sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam, sub sede Clypeus.
D. CLOD. SEPT. ALBINVS CAES.
CONCORDIA MILITVM. Quatuor Signa Militaria.
. . . .
* MINER. PACIF. Figura Palladis stans, sinistra Hastam. *P. Minij.*

Æ. D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS CAES.
* MINER. PACIFERAE. Minerua Galeata stans, dextra Ramum, sinistra Hastam, cum Scuto ad pedes. *Scheda Pedrusianæ Maximi Moduli.*
D. CLOD. SEPT. ALBINVS CAES.
S. C. { Pallas stans, dextra Ramum, sinistra Clypeum, & Hastam.
* { Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Tridentem. *Ex Thes. Mediceo Reuerendiss. Noris.*
D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAE.
* CONCORDIA AVGVST. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucop. *Vaill. Tom. 1. f. 106.*
D. CLODIVS SEPT. ALBINVS CAES.
CONCORDIA S. C. Figura sedens, dextra Pateram, sinistra Cornucopiæ.
. . . . . S. C. Figura Militaris stans, dextra Hastam cum Clypeo.
D. CL. SEPT. ALBINVS CAES.
* FORTVNA REDVX S. C. Figura sedens, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *ex meo restit.*
D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES.
* FORTVNAE REDVCI S. C. Fortunæ Reducis sedentis Typus. *Angellon. f. 229.*
D. CL. SEPT. ALBIN. CAES.
* FORT. REDVCI S. C. Figura sedens, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *Ind. Polatio.*
. . . . CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS.
* MINERVA PACIFICA. Minerua Galeata stans, dextra Scutum, sinistra Ramum. *Musæi Federic.*

CLODIVS ALBINVS CAES. COS. II.

COSS. Seuerus Augustus II. Septim. Albin. Cæs. II. *A.V.C.947. Christi 194.*

Aur. D. CLOD. SEPT. ALBIN.
SAECVLO FRVGIFERO COS. II. Cybele inter duos Leones, & Sphinges.

Ar. D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES.
COS. II. Æsculapius cum Baculo, & Serpente.
* MINER. PACIF. COS. II. Pallas Galeata stans, dextra Ramum, sinistra Scutum, & Hastam. *M. N.*
* MINERVA PACIF. COS. II. Eodem Typo. *P. Minij.*
* SAEC. FRVGIF. COS. II. Figura seminuda capite Turrito stans, dextra Caduceum, sinistra Tridentem. *Patin. Thesaur.*
. . . .
* IOVIS VICTORIAE COS. II. Iupiter stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam puram, pro pedibus Aquila. *Vaill. Tom. 2. f. 103.*
* SAECVLO FEL. COS. II. Figura muliebris Stolata stans, dextra Caduceum, sinistra Ramum. *ibid.*
* S. P. Q. R. OB C. S. In Laurea. *ibidem.*
* VIRTVTI AVG. COS. II. Figura Militaris stans, dextra Parazonium, sinistra Hastam. *ibidem.*
D. CL. SEPT. AL. . . . .
* FORT. REDVCI COS. II. Figura muliebris, dextra Temonem cum Globo, sinistra Cornucopiæ. *Musæi Dauiæ.*

Æ. D. CLOD. SEPT. ALBIN. CAES.
* CLEMENTIA AVG. COS. II. S. C. Figura Stolata stans, dextra Pateram, sinistra Hastam. *Num. Fasch.*
* COS. II. Æsculapius cum Baculo, & Serpente. *M. N.*
* FELICITAS COS. II. S. C. { * Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Hastam. *Ind. Polatio.* | Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ, dextro pede Globum calcans. *Num. Arscot. tab. 52. n. 24.* }
MINERVA PACIF. COS. II. S. C. Minerua stans, dextra Ramum, sinistra Hastam cum Scuto.
PAN . . . . . . AS. COS. II. Figura Stolata, dextra Caduceum, sinistra Hastam.
* SAECVLO FECVNDO COS. II. S. C. Mercurius capite Turrito stans nudus, dextra Caduceum, sinistra Tridentem. *Tristan. Tom. 2. fol. 45.*
* SAECVLO FRVGIFERO COS. II. { Figura Stolata stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ. | Mercurius radiatus stans, dextra Caduceum, sinistra Tridentem. *Ex Tristan. Tom. 2. fol. 42. restitutus.* }
Duo Equi decurrentes, quibus Victoria insidet.
. . . .
* FORT. REDVCI COS. II. S. C. Figura muliebris sedens, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *Vaill. Tom. 1. f. 107.*
* MINERVA PACIFERA COS. II. S. C. Vt superior. *Num. Arscot. tab. 52. n. 24.*
* PROVIDENTIA AVG. COS. II. S. C. Figura muliebris Stolata stans, dextra Radium, sinistra Cornucopiæ, pro pedibus Pauo. *Vaillant. Tom. 1. f. 107.*

* ROMAE AETERNAE S.C. Roma Galeata insidens Scuto, dextra Victoriolam, finistra Lauream. *Num. Arscot. tab. 52. n. 21.*
* SPES AVG. COS. II. S.C. Spei gradientis Typus. *ibidem n. 18.*

D. CLOD. SEPTIMIVS ALBINVS CAES. AVGVSTVM *se dicit sumpta* TR. P. *Bellumque Seuero Aug. mouet, & primò vincit.*

A.V.C.949. Christi 196. *COSS. L. Domitius Dexter II. L. Valer. Messalla Thraseas Priscus.*

Ar. IMP. CAES. D. CLOD. ALB. AVG.
AEQVITAS AVG. COS. II. Figura cum Bilance, & Cornucopiæ.
FELIC. AVG. COS. II.
FIDES AVG. COS. II. Figura Stolata stans, dextra duas Spicas, finistra Pateram cum frugibus.
PAX AVG. COS. II. Pacis Typus.
SALVTI AVG. COS. II. { Salus sedens.
* Figura muliebris Stolata stans libat Serpentem. *Vaill. Tom. 2. f. 103.* }
IMP. CAES. D. CLO. SEP. ALB. AVG.
* AEQVITAS AVG. COS. II. Vt superior. *Patin. Thesaur.*
FIDES LEGION. COS. II. { Duæ dextræ iunctæ.
Duo Signa Militaria, Aquila in medio.
* Figura muliebris stans inter duo Signa militaria, quæ manu tenet. *Num. Arscot. tab. 52. n. 23.* }
GEN. L. AVG. COS. II. Figura dextra Hastam, finistra Cornucopiæ.
PROVIDEN. AVG. COS. II. Prouidentiæ Typus.
* PROVIDENTIA AVG. COS. II. Figura stans, finistra Hastam, dextra Bacillum, ad pedes Globum tenens. *Patin. Thesaur.*
* PROVID. AVG. COS. II. Figura stans, finistra Hastam. *P. Miny.*
* VIRTVTI AVG. COS. II. Miles Galeatus stans, dextra Parazonium, finistra Hastam. *Patin. Thes.*
IMP. CAES. D. CLOD. SEP. ALB. AVG.
APOLLINI AVG. COS. II. Apollo, dextra Pateram, finistra Lyram.
CLEMENTIA AVG. COS. II. Figura Stolata stans, dextra Pateram, finistra Hastam.
FEL. AVG. COS. II. { Figura stans, dextra Ramum, finistra Hastam.
Figura stans, dextra Ramum, finistra Cornucopiæ. }
FIDES AVG. COS. II. Figura stans, dextra Spicas declinans, finistram attollens.
FIDES EXERCIT. Duæ dextræ iunctæ Caduceo medio.
PAX AVG. COS. II. Pacis Typus.
SPES AVG. COS. II. Spei Typus.
VICTORIA AVG. COS. II. Victoria. *Ad Victoriam de Seueri Copijs reportatam hoc anno ab Albino referendus Nummus.*
IMP. CAE. D. CLO. SEP. ALB. AVG.
* FORTVNA AVG. COS. II. Figura muliebris stans, dextra Temonem, cum Globo, finistra Cornucopiæ. *Musæi Dauiæ.*
IMP. CAES. D. ALBINVS COS. TR. P.
CONCORDIAE AVG. S.C. Duæ Figuræ iungentes dextras.
D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS AVG. Caput cum busto.
MINER. PACIF. COS. II. Minerua Galeata stans, dextra Ramum, finistra Hastam, cum Scuto. *Strada f. 82.*

D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS COS. I. II. TR. P. II. IMP.

A.V.C.950. Christi 197. *COSS. Ap. Cl. Lateranus. M. Marius Titius Rufinus.*

A. D. XI. Kal. Martias à Seuero victus circà Lugdunum occisus est Albinus Aug.

Ar. D. CLODIVS ALBINVS CAES.
P.M. TR. P. II. COS. II. Figura stans, dextra Ramum, finistra Hastam cum Clypeo.
Æ. D. CLODIVS ALBINVS CAES.
P.M. TR. P. II. COS. II. S.C. Figura stans, dextra Ramum, finistra Hastam cum Clypeo.

67

L. SEPTIMIVS SEVERVS.

Vir fuit decorus, promissa barba, cano capite, & crispo, vultu venerando, canorus voce, bellicosus, liberalis, literatus, ac insignis Mathematicus, doctrinæ nimis cupidus, perfidus Afer. Iuliano interfecto, Romam armatus mirifico apparatu ingreditur, amicos Iuliani neci dat, eos qui Pertinacem occiderant, morte mulctat, Prætorianos Vrbe

Vrbe eijcit: docteuit, & iurauit de non interficiendis Senatoribus, quod non præstitit; inde Pertinaci parentauit, & Nigro bellum intulit, contra eum Antiochiæ tunc degentem Exercitum educit, eundem bis prælio victum interficit: eo occiso Byzantium triennio obsessum vastat, & agrum Perinthijs adiudicat. Intereà Osrhoenos, Adiabenos, & Arabas inuadit, Nisibin occupat. Inde nondum à bellis barbaricis respiranti, ciuile cum Albino coortum est. Is tum erat in Gallijs, quò Seuerus quoque peruenit, ac prælio commisso circa Lugdunum, diù ambiguo Marte pugnatum, multis hinc inde cadentibus, tandem Albinus profligatus, & occisus, caput eius Romam missum, cruci affixum est. Tum Senatores, & Populum per literas perterruit, se M. F. & Commodi Fratrem appellans, inde Romam redit. Albini amicos crudeliter punit, bona eorum publicat, ærarium auget, Ludos Sæculares egit; cum antea maiorem Filium Cæsarem declarasset, participato cum eo Imperio. Cùm Parthos, Arabes, Adiabenosque vicisset, triumphum Filio concessit. Post bellum intulit Parthis Mesopotamiam infestantibus, cuius aduentu minimè expectato domum sunt reuersi; tamen Seleuciam, Babylonem, & Ctesiphontem occupat. Arabiam, & Armeniam peruagatus, Parthos superat. Postea venit in Palæstinam, & Pompeo parentauit in Ægypto, & clausit Monumentum Alexandri; reuersus Vrbem ouans ingreditur, & sæuit in Senatores, quorum plurimos neci dedit, vt Plautianum. Orta in Britannia dissensione, ad eam sedandam cum ambobus Filijs expeditionem suscepit, sed maximè propter Filiorum intemperantiam, & Legiones otio affluentes, licet iam decrepitus, & articulari morbo vexatus, cùm sciret se inde non reuersurum: quod & factum est; nam subactis Barbaris, senex tertio anno post, Eboraci consumptus è vita decessit. Antequam moreretur, fertur hæc dixisse filijs: *Facite vt conueniat inter vos, locupletate Milites, cæteros omnes contemnite.* Extinctus Rogo impositus est, honestato Militum, & Filiorum decursione, Filij ignem accenderunt. Ossa in vrna Romam perlata, & in Antoniano reposita sunt; ad eam vrnam paulò ante obitum dixerat, *Tu virum capies, quem totus Terrarum Orbis non cepit.* Vixit annos 65. menses 9. dies 18. Regnauit annis 17. mensibus octo diebus tribus. Vide *Dionem, & Herodianum*, qui de Seuero hæc pronunciat: *Seuerus genere Afer, vehemens homo negotijs gerendis, ac ferox, vitæq; insuetus duræ, & asperæ, promptum excogitandis, acer exequendis rebus. Longè aliud in lingua promptum, quàm in animo reconditum gerebat.*

L. SEPTIMIVS SEVERVS *Consularis, mortuo Pertinace ab Exercitibus Illyricianis, & Pannoniacis Imperator contrà Pescennium Nigerium, & Iulianum dicitur A. D. Id. Maij, accepto* AVG. *nomine decessoris* PERTINACIS *cognomen adiungit. Et* P. M. TR. P. PROCOS. IMP. II. *A. D. Kal. Iulij occiso Iuliano à Senatu appellatur.*

COSS. Q. Sosius Falco, C. Iulius Fructus Clarus, — *A.V.C. 946. Christi 193.*

Au. IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.
BONA SPES. Spei Typus.
LEG. IIII. FL. TR. P. COS. Duo Signa militaria Aquila Legionaria media,
LEG. VIII. AVG. TR. P. COS. Vt superiori Typo.
LEG. XIIII. GEM. M. V. TR. P. COS. Vt superior.
VIRT. AVG. TR. P. COS. Figura militaris stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.
IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. I.
BONI EVENTVS. Figura stans, dextra Pateram, sinistra Spicas.
BONA SPES. *alius* BONAE SPEI. Spei Typus.
FELICITAS TEMPOR. Duo Cornucopiæ Spica intermedia.
LEG. XIIII. GEM. M. V. TR. P. COS. Duo Signa militaria Aquila Legionaria media.
Scripsit ex Nicolao Viuiano *Eruditissimus Occo, hoc Nummo fortè designari Legionem illam, quæ in Exercitu Pannonico Pertinacis memoriæ retinentissima prima Seuerum Imp. salutauit, eamque hoc Nummo gratitudinis, atque honoris prærogatiuam habuisse. Sed pace tantorum Virorum, cum plures alias Legiones descriptas videam Nummis signatis hoc anno, hanc vnam ex Legionibus, quæ Seuero Imp. detulerunt credo, illam verò quæ prima Pertinacem Imp. salutauit fuisse affirmare non audeo.*
VICTOR IVSTA. Victoria, dextra Lauream, sinistra Palmam super humerum portensam.
Fortè per allusionem ad Pescennium, qui se IVSTVM cognominabat. Reuerendiss. Noris.
. . . .
✱ IOVI VICTORI. Caput Iouis Ammonis directa fronte. *Vaill. tom. 2. f.* 107.
✱ LAETITIA TEMPORVM. Nauis, & Currus, plurimaque circum circa Animalia. *ibidem.*
✱ LEG. I. MIN. TR. P. COS. Duo Signa militaria Aquila Legionaria intermedia. *ibidem.*
Ar. L. SEPT. SEV. PERT. *alij* AVG.
CONCORDIA AVGVSTORVM. Seueri, & Iuliæ facies aduersæ.
INVICTO IMP. *Golzius.*
VOTA PVBLICA. Sacrificium cum sex Figuris.
L. SEPT. SEV. PERT. AVG.
APOLLO CVSTOS.
EXPEDITIO AVG. EX S. C. Tria Signa militaria,
Hoc Nummo testatum voluit Seuerus eiusdem expeditionem contrà Iulianum à Senatu hostem iudicatum S. C. processisse, vt iustam causam Belli suscipiendi, scilicet S. C. habere videretur.
INVICTO IMP. TROPHAEA. Trophæum. *Post Iulianum occisum, Prætorianosque, qui Pertinacem occiderant exauctoratos, iure inuicto Imp. Trophæa decerni, ponique debuere.*
MARTI VICTORI. Mars gradiuus, dextra Hastam, sinistra spolia.
IMP. CAES. L. SEP. SEV. PERT. AVG.
. . . . LITAL. Duo Signa militaria in medio Aquila, & infrà TR. P. COS. *in alijs* DES. II.
L. SEP. SEV. PERT. AVG. COS.
SAECVLI FELICITAS. Luna crescens cum septem Stellis.
SEVERVS PIVS AVG.
INVICTO IMP. Trophæum.
✱ AFRICA. { Figura mul. stans capite Proboscide ornato, Leonem inter pedes tenens. *P. Minij.*
Figura Stolata stans, sinistra ducens Leonem fune alligatum.
✱ Figura sedens, vt in Hadriano. *Thes. Theupol.* }
Africa gratulatur Seuero Imp. eiusdem alumno (Leptinus enim erat) hic cum Leonibus, &

capite

capite Proboscide Elephantis ornato pingitur, vt proprium Africa simbolum, cum in ea plura huius generis Animalia reperiantur.
ANNONA AETERNA. Figura sedens, dextra fructus porrigens, sinistra Hastam puram tenens.
BONI EVENTVS. Vt superiores.
CONCORDIA MILIT. Figura stans in medio sex Signorum militarium.
DIS AVSPICIBVS. *Golzius* 3.
FORTVNA REDVX. Fortunæ Reducis Typus.
LIBERALITAS AVG. I. Figura stans, dextra Congium, sinistra Cornucopiæ.
VOTA SVSCEPTA X. *Reuerendissimus Noris de Vot. X. fol.* 90.
SEV. PERT. AVG.
LIBERO PATRI. { Figura nuda stans, sinistra Hastam cum Panthera.
Hercules Tyrsum tenens, cum Panthera.
L. SEPT. SEVERVS PIVS AVG.
IOVI IMPERATORI. Fulmen Iouis alatum.
IMP. CAE. L. SEP. SEV. PERT. . . .
* VICT. AVG. TR. P. COS. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *M. N.*
IMP. CAES. L. SEP. SEV. PERT. AVG.
* VIRT. AVG. TR. P. COS. Figura militaris Galeata stans, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *M. N.*
LEG. VIII. AVG. TR. P. COS. Duo Signa militaria, in quorum medio Aquila Legionaria.
IMP. CAESAR SEV. PERT. AVG.
* LEG. IIII. FL. TR. P. COS. Duo Signa Legionaria, Aquila intermedia. *Thes. Theupol.*
IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. I.
LEG. XIIII. GEM. M. V. TR. P. COS. Duo Signa militaria, Aquila Legionaria media.
. . . .
* LEG. I. MIN. TR. P. COS. Duo Signa militaria, Aquila Legionaria media. *Vaill. tom.2.f.* 107.
* LEG. II. ADIVT. TR. P. COS. Vt superior. *ibidem.*
* LEG. III. ITAL. TR. P. COS. Vt superior. *ibidem.*
* LEG. IIII. FL. Idem Typus. *ibidem.*
* LEG. V. MAC. TR. P. COS. Vt superior. *ibidem.*
* LEG. XXII. TR. P. COS. Idem Typus. *idem fol.* 108.
* LEG. ITAL. TR. P. COS. Idem Typus. *Num. Fæsch.*
L. SEPT. SEV. PERT. PIVS AVG.
* PVDICITIA. Pudicitiæ sedentis Typus Peplo velans faciem. *M. N.*
Æ. SEV. PERT. AVG.
. . . . . . TR. P. COS. Victoria, dextra Lauream, sinistra Palmam super humerum portensam.
IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG.
* LEG. XIIII. GEM. M. V. TR. P. COS. S. C. Duo Signa Cohortium Aquila Legionaria media. *M. N.*
LIBERAL. AVG. TR. P. COS. S. C. Figura stans, dextra Tesseram, sinistra Cornucopiæ. *M. N.*
VICT. AVG. TR. P. COS. S. C. Victoria dextra Lauream, sinistra Palmam super humerum portensam. *M. N.*
Imp. sedet in substructione laureatus, dextra Cornucopiæ accipit ab alia Figura, quæ sinistra Tesseram tenet, post Imp. stat Figura militaris, sinistra Parazonium, alia verò Figura Scalas ascendit, Congiarium receptura. *Angell. f.* 243. *n.* 4.
L. SEPT. SEV. AVG. P. M. TR. P.
SAECVLI FELICITAS S. C. Figura stans Stolata, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.
L. SEV. PERT. AVG. IMP.
FORTVNAE REDVCI S. C. Fortuna sedens, dextra tangens Temonem, sinistra Cornucopiæ.
Ad reditum Seueri, siuè ad primum Seueri Aduentum Romæ post Iulianum occisum.
IMP. CAE. L. SEP. SEV. PERT. AVG.
LIBERAL. AVG. ... COS. S. C. Quatuor Figuræ stantes in substructione, & vna scalas ascendens.
* LIBERALITAS AVG. COS. S. C. Imp. in substructione pro Congiario, cum alia Figura, & Liberalitate cum Tessera, & Figura scalas ascendente. *Ind. Polatio.*
Omnes hi Nummi Liberalitatis, quibus COS. I. inscribitur Seuerus pertinent ad donatiuum, quod primo anno Imperij Seuerus Militibus dedit, ex Spartiano *cap.* 7. *Reuerendissimus* Noris.
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP.
* ROMAE AETERNAE S. C. Figura Galeata insidens Scuto dextra Palladium. *Angell. f.* 34. *n.* 4.
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. II.
* . . . . . . S. C. Tres Monetæ cum Bilancibus, & Cornucopiæ. *Ind. Pellegrini Ascanij.*
IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. IMP. II.
* VIRT. AVG. TR. P. COS. Figura Militaris Galeata, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *M. N.*
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. III.
* PROVIDENTIA AVG. Prouidentiæ stantis Typus. *M. N.*
* VIRT. AVG. TR. P. COS. P. P. S. C. Vt superior. *M. N.*
. . . .
* ANNONA AVGVSTI CERES S. C. Figura muliebris, sinistra Cornucopiæ stat coram Figura muliebri velata sedente, dextra Pateram super Aram ignitam, sinistra Thædam, dimidia Naui intermedia. *Vaill. Tom.* 1. *f.* 109.
ANTONINI NEP. *Spanhem. f.* 775.
* FIDEI LEG. TR. P. COS. S. C. Figura muliebris stans, dextra Victoriolam, sinistra Signum Militare. *Vaill. Tom.* 1. *f.* 112.
* IVLIA PIA FELIX. Caput Iuliæ. *Vaill. Tom.* 1. *f.* 111.
* LIBERALITAS AVGVSTI S. C. Imp. in substructione sedet, hinc Liberalitas, hinc Figura Militaris stans, alia in imo. *Vaill. Tom.* 1. *f.* 109.

SE-

SEVERVS TR. P. I. II. COS. II. IMP. III. IIII.

COSS. Seuerus Aug. II. Clodius Albinus Cæs. II. *A.V.C.947. Christi 194.*

Duo Pescenniÿ Exercitus victi: Pescennius cum tertio Exercitu victus, & occisus.

Ar. IMP. CAE. L. SEPT. SEV. *alij* IMP. II.
P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. Figura Militaris ſtans, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum.
IMP. CAES. L. SEP. SEV. AVG. COS. II.
BONA SPES. Spei Typus.
INVICTO IMP. Trophæum.
LIBERAL. AVG. Figura ſtans, dextra Teſſeram, ſiniſtra Cornucopiæ.
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. II. *alij* III.
P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. DIS AVSPICI.
P. M. TR. P. II. COS. II. P. P.
IMP. CAE. L. SEP. SEV. PERT. AVG. COS. II. *in alijs* CAES.
BONA SPES. Spei Typus.
BONI EVENTVS. Figura Stolata ſtans, dextra Pateram cum Frugibus, ſiniſtra Spicas, & Papauer.
FELICITAS TEMPORVM. Duo Cornucopiæ, Spica media.
✱ INVICTO IMP. Trophæum. *Num. Fæſch.*
MONET. AVG. Moneta ſtans, dextra Bilancem, ſiniſtra Cornucopiæ.
S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. Figura Equeſtris.
VICT. AVG. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam.
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. II. *alij* IMP. CAES.
CERES FRVG. Figura ſtans, dextra Spicas deorſum tendens, ſiniſtra Haſtam.
COS. II. P. P. Figura Galeata ſtans, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum.
INVICTO IMP. Trophæum.
✱ VIRTVTI AVG. { Miles Galeatus, dextra Pilum, ſiniſtra Scipionem Militarem. | Figura Militaris Galeata, ſiniſtra Pilum, dextra Lauream imponit Imperatori dextra elata, ſiniſtra Pilum tenenti. *Oyſel. tab. 65. n. 6.* }
IMP. C. L. SEP. SEVER. AVG. COS. II.
BONA SPES. Spei Typus.

. . . .
✱ AEQVITAS AVG. Imp. Laureatus, & Togatus ſedens, ſiniſtra Haſtam gerit, ex aduerſo Iuſtitia ſtans, cum Bilance, & Cornucopiæ. *Vaill. Tom 2. f. 104.*
✱ FELICITAS PVBLICA. Duo Cornucopiæ Frugibus plena, in quorum medio Spicæ. *Num. Arſcot. tab. 53. n. 8.*

Æ. L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. IMP. III. Caput cum buſto.
✱ PONT. MAX. TR. POT. COS. II. P. P. FIDEI MILIT. Imp. in ſubſtructione dextra elata alloquitur Milites infrà ſtantes, cum Signis, Labaro, Aquilis, à tergo imperatoris in eadem ſubſtructione duæ Figuræ Paludatæ Iuueniles, fortè Caracallæ, & Getæ. *Strada f. 84.*
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. III.
✱ AFRICA S.C. Figura ſtans capite Proboſcide ornato, ad pedes Leo. *Ind. Cauotorta.*
✱ DIS AVSPICIB. TR. P. II. COS. II. P. P. S. C. Hercules cum Claua, & exuuijs Leonis, & Bacchus dextra Vas, ſiniſtra Haſtam, nudi ſtantes, in quorum medio Tigris. *Patin. Theſaur.*
MARS PATER S.C. Mars Gradiuus.
MONETA AVG. S.C. Tres Monetæ ſtantes cum Bilancibus.
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. III.
✱ VICT. AVG. TR. P. II. COS. II. P. P. S.C. Victoria gradiens, dextra Sertum, ſiniſtra Palmam. *M. N.*
✱ VIRT. AVG. TR. P. II. COS. II. P. P. S.C. Figura Militaris Galeata ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam. *M. N.*
SEVERVS AVG.
COS. II. P. P. S. C. { Figura Stolata, dextra Caduceum, ſiniſtra Cornucopiæ. | Figura Galeata, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum. }

. . . .
✱ P.M. TR.P.II. COS.II. P.P. S.C. Pallas ſtans, dextra Haſtam, ſiniſtra Scutum. *Ind. Polatio.*
✱ P.M. TR.P. COS. . . . . S.C. Mars gradiens, dextra Haſtam, ſiniſtra Trophæum. *Muſæi Leompardi.*

SEVERVS TR. P. II. III. COS. II. IMP. IIII. V.

COSS. Scapula Tertullus. Tineius Clemens. *A.V.C.948. Christi 195.*

Expeditio Seueri in Oſdrohenos, in Arabes, & Adiabenos. Plures Vrbes captæ, inter quas Niſibis.

Aur. L. SEP. SEV. PERT. AVG. IMP. IIII.
P.M. TR.P.II. COS.II. P.P. Iupiter ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam.
VOTA PVBLICA. Figura ſacrificans.

. . . .
✱ VOTA PVBLICA. Imp. Togatus coram Ara ſacrificans, & Victoria, quæ illi dextra porrigit Sertum, adſtantibus alijs Sacrificij miniſtris. *Ex Theſ. Mauroceno I. C. Bon.*

Ar. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. IIII.
APOLLINI AVGVSTO. Figura ſtans, dextra Pateram, ſiniſtra Lyram.
GENIO P.R. Deus Genius ſeminudus ſtans, dextra Pateram ſuper Aram portendens, ſiniſtra Cornucopiæ. *M. N.*
✱ MARS PACATOR. Mars nudus Galeatus ſtans, ſiniſtra Haſtam, dextra ramũ Oleæ. *Muſæi Dauia.*
VICT. AVG. TR. P. II. COS. II. Figura Militaris ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam.
Ad aliquam Victoriam à Seueri Ducibus contra Arabas reportatam hoc anno referẽdus Nũmus.

L. SEPT. SEVER. PERT. IMP. V.
P. M. TR. P. III. COS. II. Figura Militaris stans, dextra Hastam, sinistra Clypeum.
P. M. TR. P. COS. II. P. P. Figura nuda Corona radiata, dextra Flagrum, sinistra Pateram.
L. SEPT. SEV. PERT. AVG.
TR. P. III. IMP. V. COS. II. Figura muliebris humi sedens.
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. V.
P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. { Mars Gradiuus.
* Pallas stans, dextra Hastam, sinistra Clypeum. *M. N.*

Æ. L. SEP. SEV. PERT. AVG. IMP. IIII.
AFRICA S. C. Figura stans capite Elephantis Proboscide ornato, ad pedes Leo.
* ANNONA AVG. COS. II. P. P. S. C. Figura stans, cum Spicis super Panario, Spicis, & Papaueribus repleto, sinistra Cornucopiæ. *M. N.*
APOLLINI AVGVSTO S. C. Figura stans dextra Pateram, sinistra Lyram.
* DIS AVSPICIBVS TR. P. II. COS. II. P. P. Hercules nudus stans cum Claua, & Leonis exuuijs, cui ablanditur Canis, propè eum Bacchus nudus, dextra Cantharum, sinistra Hastam, cum Tyrso. *Tristan. Tom. 2. f. 62.*
* MONETA AVG. COS. II. P. P. S. C. Tres Monetæ stantes, cum Bilancibus, & Cornucopijs. *M. N.*
* DIS AVSPICIBVS TR. P. II. COS. II. S. C. Eodem Typo. *Ex Thes. Med. Reuerendiss. Noris.*
L. SEPT. SEVER. PERT. IMP. V.
P. M. TR. P. COS. II. P. P. S. C. { Iupiter cum Aquila, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. / Figura stans, dextra Globum, sinistra Cornucopiæ. }
. . . . IMP. P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Imp. stans, cui Victoria Lauream imponit, dextra Victoriolam.
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. IIII. *alij* V.
* FORTVNAE REDVCI S. C. Fortuna stans, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. *Ind. Cauoter.*
P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. {
* Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam, *Ind. Polatio.*
* Fortuna stans cum Temone, Rota, Cornucopiæ. *Ind. Cauotorta.*
* Minerua Galeata stans, dextra Hastam per transuersum, sinistra Clypeo tecta. *M. N.*
* Mars Gradiuus, dextra Hastam, sinistra Spolia. *Ind. Cauotorta.*
* Mars stans, dextra Hastam, sinistra Scutum, ad pedes Thorax. *Ind. Polatio.* }
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. V.
SAECVLI FELICITAS S. C. Figura Stolata stans, sinistra Cornucopiæ, dextra Frumentum distribuens quinque Puerulis.
VIRTVTI AVG. S. C. Victoria coronans Imperatorem, dextra Trophæum tenentem.
L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. IMP.
VICT. AVG. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Cornucop.
VICT. AVG. P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Victoria gradiens, dextra Sertum, sinistra Palmam.
SEVERVS PIVS AVG.
* P. M. TR. P. III. COS. . . . . . S. C. Iupiter stans, dextra Victoriolam, læua Hastam, ad pedes Aquila. *Ind. Cauotorta.*
. . . .
* DIS AVSPICIBVS TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. Bacchus, & Hercules stantes, hic cum Claua, & spolijs Leonis, ille cum Canthаro, & Hyena pro pedibus. *Vaill. Tom. 1. f. 112.*

SEVERVS TR. P. III. IV. COS. II. IMP. VI. VII. VIII.

A. V. C. 949. Christi 196. *COSS. C. Domitius Dexter. L. Valerius Messalla Thrasias Priscus.*

Parthicus Arabicus, & Parthicus Adiabenicus dicitur, ob vastatam Arabiam, Parthosque, & Adiabenas victos anno superiori. Bellum in Albinum decretum. Donatiuum Militibus hac causa datum. Byzantium capta. Seuerus Romam redit, & hinc contra Albinum mouens in itinere circa Viminatium Cæsarem appellat, Filium maiorem apposito M. Aurel. Antonini nomine.

Ar. IMP. CAE. L. SEP. SEV. PERT. AVG. COS. II. *in alijs* CAES.
FORTVN. REDVC. { Fortuna Stolata stans, dextra Palmam, sinistra Cornucopiæ. / Fortuna stans, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ. / * Fortunæ Reducis sedentis Typus. *M. N.* }
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VI.
FELICITAS TEMPORVM. Nauis Prætoria expansis velis, & in Mari duo Pisces. *Ex Tristan. tom 2. f. 66.*
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VI. *alij* VII.
* MONET. AVG. Figura stans, dextra Bilancem, sinistra Cornucopiæ. *Num. Fesch.*
P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. { * Figura stans, dextra Temonem, quo Orbem mouet, sinistra Cornucopiæ. *M. N.* / Figura nuda radiata, dextram eleuans, sinistra flagrum. }
PARTH. ARAB. PART. ADIAB. COS. II. P. P. Duæ Figuræ alligatæ Trophæo humi sedentes.
PARTH. ARAB. PARTH. ADIAB. COS. II. P. P. Duæ Figuræ captiuæ Trophæo alligatæ.
VIRTVTI AVG. Imp. stans, dextra Victoriolam, cuius capiti Victoria Sertum imponit.
IMP. CAE. L. SEP. SEV. PERT. AVG.
TR. P. IIII. IMP. VI. COS. II. Figura mil. Galeata stans, dextra Hastam, sinistra Clypeum.
SEVERVS PIVS AVG.
* ADVENTVS AVG. Imp. Eques præeunte milite. *Thes. Theupol.*
Reditus Seueri ex Asia, vt in Gallias contra Albinum duceret cusus testis Nummus.
IMP. VII. COS. II. P. P. Figura stolata sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.
L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. IMP. VII.
PARTHIC. ARABIC. ADIAB. COS. II. P. P. { Duo Captiui aduersi reuinctis post tergum manibus Clypeis insidentes. / Victoria stans, dextra Lauream, sinistra Trophæũ. }

L. SEPT.

L. SEPT. SEVER. PERT. AVG. IMP. VIII.
* MARS PATER. Mars gradiuus, dextra Hastam, sinistra Trophæum. *M. N.*
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII.
* MIN. PARTH. Pallas dextra Scutum, sinistra Hastam. *Num. Fasch.*

. . . .
* ADVENTVS AVG. Imp. Eques. *Vaill. tom. 2. f.* 104.
* P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. Figura sedens, dextra ramum Oleæ, sinistra Hastam. *P. Minij.*
VICT. PARTHICA, Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Trophæum, ad pedes Captiuus sedens. *Oysel. tab. 20. n. 10.*
VIC. PARTHICA. Victoria gradiens, dextra Laureã, sinistra Palmam, ad pedes Captiuus. *P. Minij.*
L. SEPT. SEV. PERTINAX AVG. IMP. VII.
PAR. ARAB. ADIAB. COS. II. P. P. Victoria stans, dextra Lauream, sinistra Trophæum.
VOTA PVBLICA, Figura sacrificans.

Æ. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VI.
* PART. ARAB. PART. ADIAB. COS. II. P. P. S. C. Duo Captiui reuinctis post tergum manibus ad Trophæum sedentes. *M. N.*
* PARTI. ARAB. ET ADIAB. COS. II. P. P. S. C. Vt superior. *Ind. Pellegrini Ascanij.*
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VI.
DIVI M. PII F. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C.
- * Imp. dextra Victoriolam, sinistra Hastam puram, coronatur à militari Figura, sinistra Parazonium tenente. *M. N.*
- Roma Clypeo insidens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *M. N.*

MARTI . . . . S. C. Figura militaris gradiens, dextra Spolia, sinistra Hastam.
PART. ARAB. PART. ADIAB. COS. II. P. P. S. C. Duæ Figuræ captiuæ Trophæo alligatæ.
P. M. TR. P. III. COS. II. P. P. S. C. *
- Figura muliebris Stolata stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ.
- Mars ferè nudus Galeatus, dextra Hastam, & Arma, sinistra Scutum. *Ind. Cauotorta.*
- Roma insidens Clypeo, in quo Lupa, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *ibidem.*

ROMAE AETERNAE S. C.
- Roma Triumphans.
- * Roma insidens spolijs, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *M. N.*

SAECVLI FELICITAS S. C. Figura stans, dextra Ramum, sinistra Cornucopiæ.
TR. P. III. COS. II. S. C. Roma insidens Clypeo cum Victoriola.
* VIRTVTI AVG. S. C. Imp. armatus Hastam, & Victoriolam dextra, sinistra Parazonium, ad pedes Galeam à Victoria à tergo Coronatur. *Musæi Leompardi.*
* P. M. TR. P. IIII. COS. II. S. C. Figura nuda Galeata, dextra Hastam, sinistra Clypeum humi fixum tenens, ad latus Thorax. *M. N.*
P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. S. C.
- * Iupiter nudus, dextra Victoriolam, sinistra Hastam, ad pedes Aquila. *M. N.*
- * Figura stans, dextra Pateram super Aram portendens, sinistra Cornucopiæ. *M. N.*

L. SEPT. SEV. PERTINAX AVG. IMP. VII.
ROMA RESVRGENS S. C. Imp. dextram porrigens Romæ in genua procumbenti.
SEV. PERT. AVG.
* P. M. TR. P. IIII. S. C. Victoria gradiens, dextra Lauream. *Ind. Cauotorta.*
L. SEPTIMIVS SEVERVS PERTINAX AVG. IMP. VII.
* DIVI M. PII F. P. M. TR. P. IIII. COS. II. Mars stans, cum Hasta, Scuto, & Thorace. *Musæi Federiciani.*
DIVI M. PII F. P. M. TR. P. IIII. COS. II. P. P. S. C.
- Figura militaris, dextra Scutum.
- Figura stans, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ.
- Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ, ad pedes Prora Nauis. *Ind. Polatio.*
- Figura militaris imponens Lauream Imperatori Victoriam tenenti.

* S. C. Figura stans, dextra Caduceum, sinistra Cornucopiæ. *Num. Fasch.*

SEVERVS TR. P. IV. V. COS. II. IMP. IX. X.

COSS. Ap. Cl. Lateranus, M. Marius Titius Rufinus. *A. V. C. 950. Christi 197.*

Byzantio expugnata, & Albino in Gallijs victo XII. Kal. Martij, Seuerus continuò Romam redit.

Ar. L. SEP. SEV. PERTINAX AVG. IMP. VII.
IOVI CONSERVATORI, Iupiter stans, sinistra Scipionem, dextra Fulmen porrigit Imperatori dextra Ramum tenenti.
P. M. TR. P. V. COS. II. P. P.
- Fortuna Redux.
- * Figura nuda stans sacrificans. *P. Minij.*

TR. P. V. COS. II. P. P. Mars nudus gradiens, dextra Hastam, sinistra Spolia.
L. SEPT. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII.
P. M. TR. P. V. COS. II. P. P. Figura sedens, dextra ramum Lauri, sinistra Hastam.
L. SEP. SEV. PERT. AVG. IMP. VIII. *alij* IX. *alij* X. *alij* SEPT.
ADVENTVI AVG. FELICISSIMO. Figura Equestris habitu Pacificatoris.
Referendus ad reditum Seueri ex Gallia, post deuictum Albinum statim secutum, ex Spartiano.
FORTVNA REDVC. Fortuna Stolata stans, dextra ramum Palmæ, sinistra Cornucopiæ.
FORTVNA PERPETVA AVG. Fortuna, dextra Temonem, sinistra Cornucopiæ.
PROVIDENTIA AVG. Figura Stolata stans, dextram portendens super Globum, sinistra Hastam.

L. SEP.

L. SEP. SEV. PERT. AVG. IMP. VIIII.
HERCVLI DEFENS. Hercules dextra Clauam, finiſtra Arcum.

. . . .
FL. MAXIMA CONSTANTIA.

Constantij Aug. Filia Postuma Gratiani dilectissima Vxor.

FL. MAX. CONSTANTIA AVG. *Golzius.*

181

FL. IVL. FELIX VALENTINIANVS IVNIOR.

Valentiniani Imp. ex Iustina Filius, Frater Gratiani, ex priore Coniuge Seuera, à quo post Patris obitum consors Imperij factus, & in Italiam missus. Cùm Frater dolo Maximi occubuisset, in Illyricum confugit: Indè Thessalonicam, vbi à Theodosio inuisitur, & in Italiam cum Classe mittitur. Ex Italia in Gallias profectus, dum Viennæ Allobrogum negligentiùs moraretur, fraude Arbogasti Alanorum Præfecti nocte in cubiculo strangulatus obijt. Vixit annos 26. imperauit annos 17. Obijt anno V.C. 1145. Christi 392. Idib. Maij, *Arcadio Aug. II. & Fl. Ruffino Coss.* Eius cadauer à sororibus mercede redemptum, ac Mediolanum vt sepulturæ mandaretur, translatum.

FL.

FL. IVL. FELIX VALENTINIANVS IVNIOR *Valentiniani Aug. Filius ex* IVSTINA, *mortuo Patre, ab Exercitibus* AVG *dicitur, & à* GRATIANO *Fratre* TR. P. *cum Italiæ, Africæ, & Illyrici Imperio accipit A. D. X. Kal. Decembris.*

A.V.C.1128. Christi 375. *I. Post Cons. Gratiani Aug. III. & Equitij.*

Aur. D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.
VRBS ROMA. { A. Q. P. S. Roma insidens spolijs, sinistra Hastile, dextra Globum, supra quod Victoria Romam Coronans.
* { LVG. P. S. Eodem Typo. *Hulsius.*

Æ. D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.
RESTITVTOR REIP. { TR. OBS. Figura stans, dextra Labarum tenens, sinistra expansa. Imp. stans Paludatus, dextra Labarum, sinistra Globum, supra quod Victoria Imperatori Lauream imponit.
* RESTITVTOR REIPVBLICAE TR. OBS. Imperator stans, sinistra Hastam, dextram porrigit Figuræ capite Turrito stanti. *Const. Christ. Tab. 18.*

VALENTINIANVS IVN. TR. P. I. II. COS.

A.V.C.1129. Christi 376. *COSS. Valens Aug. V. Valentinianus Iun.*

Ar. D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.
VRBS ROMA ANT. B. Roma insidens spolijs, sinistra Hastile, dextra Victoriolam Globo insistentem, à qua Coronatur.

VALENTINIANVS IVN. TR. P. II. III. COS.

A.V.C.1130. Christi 377. *COSS. Gratianus Aug. IV. Merobaudes.*

Aur. D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.
VICTORIA AVGGG. { A. Q. OB. F. Duæ Figuræ tenentes Globum, in quarũ medio Victoria. TR. OB. F. Eodem Typo.
* { TR. OB. C. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 18.*
Fortè Victoriam à Gratiano per Duces reportatam ex Gothis hoc anno, exprimit Nummus.

VALENTINIANVS IVN. TR. P. III. IV. COS. II.

A.V.C.1131. Christi 378. *COSS. Valentinianus Aug. VI. Valentinianus Iun. Aug. II.*

VALENTINIANVS IVN. TR. P. IV. V. COS. II.

A.V.C.1132. Christi 379. *COSS. Ausonius. Olybrius.*

Valentinianus Aquileiam cum Iustina Matre venit. Theodosius AVG. *dicitur.*

Aur. D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.
CONCORDIA AVGGG. CON. OB.
VRBS ROMA A. O. P. E Roma insidens spolijs, dextra Hastile, sinistra Victoriolam cũ Globo.

Æ. D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.
* CONCORDIA AVGGG. S. T. I. A. O. Figura sedens, dextra Globum, sinistra Hastam. *M. N.*

VALENTINIANVS IVN. TR. P. V. VI. COS. II.

A.V.C.1133. Christi 380. *COSS. Gratianus Aug. V. Theodosius Aug.*

VALENTINIANVS IVN. TR. P. VI. VII. COS. II.

A.V.C.1134. Christi 381. *COSS. Syagirius. Eucharius.*

VALENTINIANVS IVN. TR. P. VII. VIII. COS. II.

A.V.C.1135. Christi 382. *COSS. Ausonius. Syagrius.*

VALENTINIANVS IVN. TR. P. VIII. IX. COS. II.

A.V.C.1136. Christi 383. *COSS. Merobaudes II. Saturninus.*

MAGN. MAXIMVS *in Britannia Imperium arripit, & Gratianum Aug. in Gallijs occidit. Valentinianus Iun. D. Ambrosium mittit ad Maximum legatum de pace.*

VALENTINIANVS IVN. TR. P. IX. X. COS. II.

A.V.C.1137. Christi 384. *COSS. Clearcus. Ricimer.*

Valentinianus Iun. per D. Ambrosium à Maximo Cadauer Gratiani Fratris petit, & non obtinet.

VALENTINIANVS IVN. TR. P. X. XI. COS. II.

A.V.C.1138. Christi 385. *COSS. Arcadius Aug. Fl. Bauto.*

VA-

VALENTINIANVS IVN. TR. P. XI. XII. COS. II.

COSS. Honorius Nob. Puer. Fl. Eudocius. *A.V.C.1139. Christi 386.*

VALENTINIANVS IVN. TR. P. XII. XIII. COS. III.

COSS. Valentinianus Iun. III. F. Eutropius. *A.V.C.1140. Christi 387.*

Magn. Maximus inuadit Italiam, & Valentinianum, qui cum Matre Thessalonica fugit.

VALENTINIANVS IVN. TR. P. XIII. XIV. COS. III.

COSS. Theodosius Aug. II. Cynegius. *A.V.C.1141. Christi 388.*

Theodosius Thessalonica Valentinian. Iun. inuisit. Gallam eius Sororem Vxorem ducit, eumque cum Classe in Italiam mittit. Mox cum Maximo in Pannonia confligit, vincit, capit, & obtruncat. Valentinianus per Arbogastem Victorem Cæsarem Maximi Filium delet.

Æ. D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG. Bustum Galeatum, dextra Iaculum, sinistra Globum.
✻ VICTORIA ROMANORVM. Nauis inter fluctus, in qua Victoria Temonem tenens, & Imp. habitu Militari gradiens. *Strada fol. 200.*

✻ GLORIA ROMANORVM. { Triremis, in qua Imp. stat, dextra elata, sinistra Parazonium, in Puppi Victoria alata. *Num. Arscot. Tab 18. n. 4.*
✻ P. SIS. Imp. Labarum tenens, Captiuum rapiens. *Patin. Ind. fol. 34.* }

Fortè aduentum in Italiam Valentiniani Iun. & Iustinæ Matris à Thessalonica soluentium cum classe Theodosij, exprimunt Nummi.

VALENTINIANVS IVN. TR. P. XIV. XV. COS. III.

COSS. Fl. Timasius. Fl. Promotus. *A.V.C.1142. Christi 389.*

Valentinianus Iun. per Argobastem Ducem Frances retundit.

Aur. D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. { A. Q. OB. F. Duæ Figuræ tenentes Globum, in medio Victoria.
TR. OB. F. Eodem Typo.
✻ TR. OB. C. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 18.* }

Ar. D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. TR. P. S. ✻ { Victoria gradiens.
Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Const. Christiana Tab. 18.* }

Æ. D. N. VALENTINIANVS IVN. P. F. AVG.
✻ SECVRITAS REIPVBLICAE S. M. R. Q. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam, ad latus Stella. *Const. Christiana Tab. 18.*
REPARATIO REIP. { T. CON. Imp. dextram procumbenti Figuræ porrigit, sinistra Globum tenet, cum Victoria, à qua Coronatur.
S. M. A. Q. P. Eodem Typo.
A. SIS. C. Eodem Typo.
✻ B. SIS. C. Eodem Typo. *M. N.* }

VALENTINIANVS IVN. TR. P. XV. XVI. COS. IV.

COSS. Valentinianus Iun. IIII. Fl. Neotericus. *A.V.C.1143. Christi 390.*

VALENTINIANVS IVN. TR. P. XVI. XVII. COS. IV.

COSS. Ti. Fabius Titianus. M. Aurel. Symmacus. *A.V.C.1144. Christi 391.*

VALENTINIANVS IVN. TR. P. XVII. COS. IV.

COSS. Arcadius Aug. II. Fl. Rufinus. *A.V.C.1145. Christi 392.*

Valentinianus Iun. Viennam accedit, vt in Italiam contra Barbaros rediret, Arbogastem non ferens illud prouocat, & ab eo per Spadones necatur Id. Maij.

182

FL. MAGNVS MAXIMVS.

Ex Prosapia Constantini Maximi oriundus, vir in militari expeditione aduersus Francos, Germanos, Gothos, aliosque Barbaros habitâ fortis, & strenuus, quos terrore sui tantum nominis domuit, & ad peten-

 da

da vectigalia coegit. Cùm Gratianum Imp. per Andragatium interfici curasset, & Imperij titulos, maiestatemque sibi vsurparet, ad Sisciam, & Petouiam victus à Theodosio, Aquileiæ obsessus, à Militibus deditus, cùm ad tertium ab Aquileia lapidem eidem sisteretur, Regijs ornamentis exutus capitis supplicio affectus est anno Christi 388. V. C. 1140. Huic Martinus Turonensis Episcopus prædixit, si Italiam petiturus esset, Valentiniano Iuniori bellum illaturus, fore quidem vt eo profligato tum victor euaderet, sed non ita multò pòst interfectum iri.

FL. MAGN. MAXIMVS *in Britannia* AVG. *dicitur, Oceanum transit, Gallias adit*, GRATIANVM AVG. *interfici curat, hinc Occidentis Imperium inuadit A. D. VII. Kal. Septembris.*

A.V.C. 1136. *Christi* 383. *COSS. Merobaudes II. Saturninus.*

Victorem Filium Cæsarem Maximus AVG. *dicit, & cum Valentiniano Pacem facit.*

Aur. MAGNVS MAXIMVS.
RESTITVTOR REIP. Figura Militari habitu, dextra Labarum, sinistra Globum cum Victoria.
D. N. MAGNVS MAXIMVS P. F. AVG.
RESTITVTOR REIP. S. M. TR. Vt superiori Typo.

Æ. D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG.
REPARATIO REIP. R. Figura Militaris stans cum Captiuo ad genua procumbente, cui porrigit dextram, sinistra tenet Victoriam, quæ capiti Imp. Lauream imponit.
S. CON. Eodem Typo.
LP. CON. Eodem Typo.
✻ REPARATIO REIPVB. Eodem Typo. *Patin. Ind. f.* 34.
✻ LC. CON. Eodem Typo. *Constan. Christiana Tab.* 18.
✻ FELICITAS PVBLICA I. L. C. I. Figura stans, dextra Victoriolam, à qua Coronatur, sinistra Labarum. *M. N.*

. . . .
✻ SPES ROMANORVM. Castra. *Patin. Ind. f.* 34.

MAGN. MAXIMVS TR. P. I. II.

A.V.C. 1137. *Christi* 384. *COSS. Clearcus, Ricimer.*

Pacem cum Theodosio facit Maximus, & Hispaniam occupat.

Ar. D. N. MAGN. MAXIMVS P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM. PR. P. S. Roma sedens capite Casside tecto, dextra Globum.
✻ MD. P. S. Eodem Typo, *Constan. Christ. Tab.* 18.
✻ LAQ. P. S. Eodem Typo. *M. N.*

Æ. D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG.
✻ RESTITVTOR REIPVBLICAE S. M. TR. Imp. stans, dextra Labarum, cum Christi Monogrammate, sinistra Globum cum Victoria Lauream tenente. *Constan. Christ. Tab.* 18.

MAG. MAXIMVS TR. P. II. III.

A.V.C. 1138. *Christi* 385. *COSS. Arcadius Aug. Fl. Bauto.*

MAGN. MAX. TR. P. III. IV.

A.V.C. 1139. *Christi* 386. *COSS. Honorius Nob. Puer. Fl. Eudocius.*

MAGN. MAXIMVS TR. P. IV. V.

A.V.C. 1140. *Christi* 387. *COSS. Valentinianus Iun. Aug. III. Fl. Eutropius.*

Maximus relicto in Gallijs Victore Filio Cæs. bellum Valentiniano Iuniori mouet. In Italiam cum Exercitu transit, Aquileia occupata Italia, & Africa potitur.

Aur. D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM S. M. TR. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Constantinop. Christiana Tab.* 18.
VICTORIA AVGG. TR. OB. Duo Impp. sedentes Globum dextris sustinentes, quibus à tergò Victoria Laureas imponit. *ibidem.*

Æ. D. N. MAGN. MAXIMVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM A. Q. P. S. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Strada f.* 205.
D. N. MAG. MAXIMVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. LVC. P. Imp. stans, dextra Globum cum Victoria, sinistra Labarum. *Constan. Christiana Tab.* 18.

. . . .
✻ VICTORIA AVGG. Imp. stans, dextra Labarum tenens, sinistra Victoriolam Globo impositam. *Patin. Ind. f.* 34.

MAG. MAXIMVS TR. P. V. VI.

A.V.C. 1141. *Christi* 388. *COSS. Theodosius Aug. II. Cynegius.*

Theodosius cum Magn. Maximo pugnat propè Sciſsiam, eum vincit, fugientem insequitur. Maximus capitur, & capite plectitur V. Kal. Aug. apud Aquileiam.

FL.

183



FL. VICTOR MAGNI MAX. AVG. F.

MAXIMI Tyranni Filius, adhuc Puer Cæſar à Patre factus, & Galijs præpoſitus. Poſt Patris mortem ab Arbogaſto Valentiniani Duce in Gallijs victus, & occiſus. Eum Auguſtum dictum fuiſſe produnt plures Nummi ſequentes,

FL. VICTOR *Magni Max. Aug. F.* CÆSAR *dicitur à Patre; A. D. VII. Kal. Septembris.*

COSS. Merobaudes II. Saturninus. — *A.V.C.1136. Chriſti 383.*

TR. P. accipit à Patre, & Aug. dicitur.

Ar. D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.
SPES ROMANORVM A. N. L. O. P. Caſtra Prætoria cum Stella.

Æ. D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.
* SPES ROMANORVM S. M. A. Q. S. Caſtra Prætoria cum Stella. *M. N.*

FL. VICTOR TR. P. I. II.

COSS. Clearcus. Ricimer. — *A.V.C.1137. Chriſti 384.*

Hiſpaniarum Dominium obtinent Maximus, & Victor.

Ar. D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM,
- A. V. P. S. Figura ſedens, dextra Globum cum Victoriola.
- A. Q. P. S. Figura ſedens, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam.
- * M. OBS. Eodem Typo. *M. N.*
- * MD. P. S. Eodem Typo, *Conſtan. Chriſtiana Tab. 18.*

FL. VICTOR TR. P. II. III.

COSS. Arcadius Aug. Fl. Bauto. — *A.V.C.1138. Chriſti 385.*

FL. VICTOR TR. P. III. IV.

COSS. Honorius Nob. Puer. Fl. Eudocius. — *A.V.C.1139. Chriſti 386.*

FL. VICTOR TR. P. IV. V.

COSS. Valentinianus Aug. III. Fl. Eutropius. — *A.V.C.1140. Chriſti 387.*

Magnus Maximus cum Exercitu in Italiam deſcendit, Fl. Victori Galliarum Imperio conceſſo.

Aur. D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.
BONO REIPVBLICAE NATI
- MD. OB. Duæ Figuræ haſtatæ ſedentes, quarum maior porrigit Globum minori, Victoria intermedia.
- * TR. OB. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab. 18.*

Ar. D. N. FL. VICTOR P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM A. O. P. S. Victoria dextra Lauream.

Æ. D. N. S. VICTOR P. F. AVG.
* VIRTVS PRINCIP. CON. OB. Crux, ad cuius latus A. *Strada fol. 206.*

FL. VICTOR TR. P. V. VI.

COSS. Theodoſius Aug. II. Cynegius. — *A.V.C.1141. Chriſti 388.*

Maximo propè Aquileiam occiſo paulò poſt Fl. Victor in Gallijs victus occiditur ab Argobaſte Valentiniani Iun. Duce.

FL.

184

FL. THEODOSIVS MAGNVS.

GEnere Hiſpanus, Patre Theodoſio, Matre Thermantia, originem à Traiano trahens; cui moribus, vultu, & ſucceſſu rerum ſimilis fuit, huic enim eminens ſtatura, cæſaries magna, ingentes oculi, ſumma clementia, incredibilis pietas, rei militaris diſciplina, ſanè inter optimos annumerandus Principes, Remp. Gothicis armis penè oppreſſam, ex Hiſpania à Gratiano accitus reſtituit, Imp. apud Sirmium effectus, Maximum Tyrannum ad Aquileiam extinxit; Valentiniano Imperium aſſeruit, Eugenium Tyrannum, & Arbogaſtem, in Valentiniani vltionem ſuſtulit. Subactis vndique Tyrannis, ampliſſimo potitus triumpho, Re pub. adminiſtrationi animum adiecit, Filioſq; moerij Conſortes faciens, Arcadium Orienti, Honorium Occidenti præfecit, ipſe Mediolani conſenuit, vbi in morbum incidens, moriturus dixit, ſe quidem libenter diſcedere ex hac vita, defeſſum, & defatigatum mole Imperij; ſed magis ſe iam eſſe ſollicitum de Eccleſiæ ſtatu, poſt ipſum, quam de ſua vita, ſcire ſe Eccleſiam habituram nouos prædones; ſicut factum eſt. Tandem vita defunctus eſt, vir Chriſtianæ pietatis ſummus obſeruator, anno ætatis 60. Imperij 17. Corpus eius Conſtantinopolim translatum, ibique ſepultum.

FL. THEODOSIVS *à Gratiano* AVG. *A.D. XV. Kal. Febr. dicitur, eique Orientis Imperium committitur.* ex Socrate.

*A.V.C.*1132. *Chriſti* 379. *COSS.* *Auſonius.* *Olybrius.*

Alanos, Gothos, & Scythas magnis, multiſque prælijs vincit Theodoſius, & Gothos in amicitiam recipit.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

CONCORDIA AVGGG. { N. *alius* r. CON. OB. Victoria Galeata ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum, in quo VOT. V. MVLT. X. | * CON. OB. Roma Galeata ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum. *Hulſius.* }

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

SALVS REIPVBLICAE. Duæ Figuræ ſibi inuicem aſſiſtentes, in medio Stella.

GLORIA ROMANORVM { CONS. A. Figura Militaris ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum. | S. M. N. A. Eodem Typo. | ANT. A. Eodem Typo. }

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

VIRTVS EXERCITVS. { S. M. H. A. Figura cum Labaro aliam ſupplantans. | ANT. A. Eodem Typo. | CONS. Eodem Typo. }

* GLORIA ROMANORVM S. M. N. A. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 19.

D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

SALVS REIPVBLICAE CON. OB. Victoria gradiens, ſiniſtra Captiuum crinibus trahens.

REPARATIO REIPVB. { S. H. A. Q. Imp. Laureatus, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, ſiniſtra Globum cum Victoria. | A. SIS. C. Eodem Typo. | S. M. N. L. Eodem Typo. | S. M. R. Q. Eodem Typo. | * S. M. R. Eodem Typo. *Ind. Pellegr. Aſcanij.* | * S. M. A. N. S. Eodem Typo. *M. N.* | * M. A. R. Q. Eodem Typo. *M. N.* | * P. SIS. C. Eodem Typo. *Strada fol.* 201. | * Victoria alata ſiniſtram imponens Capiti alterius Figuræ ſedentis, dextra indicat ſuppoſitũ Chriſti Monogramma. *Ind. Pellegr. Aſcanij.* }

VOT. V. MVLT. X.

FL. THEODOSIVS TR. P. I. II. COS.

*A.V.C.*1133. *Chriſti* 380. *COSS.* *Gratianus Aug. V.* *Theodoſius Aug.*

Theodoſius ægrotat, & baptizatur, Gratianus Gothos per Baudonem, & Arbogaſtem vincit, hinc Theodoſius Conſtantinopoli triumphat.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

* GLORIA ROMANORVM T. N. R. B. Figura Militaris ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum. *Num. Arſcot. Tab.* 68. *n.* 5. 6.

D. N.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* SALVS REIPVBLICAE ANT. B. ✠. Victoria gradiens, finiftra Captiuum trahens. *Conft. Chriftiana Tab.* 19.
* REPARATIO REIPVB. T. N. R. B. Imp. Laureatus ftans, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, finiftra Globum cum Victoria. *Oyfel. Tab. 58. n. 9.*
* VIRTVS EXERCIT. S. M. K. B. Figura cum Labaro Captiuum fupplantans. *Conft. Chriftiana Tab.* 19.
* GLORIA ROMANORVM ANT. B. Imp. in Naui cum Victoriola à tergo, & Cruce, in medio Laurea. *Conft. Chriftiana Tab.* 19.

THEODOSIVS TR. P. II. III. COS.

COSS. Syagrius. Eucherius. *A.V.C.* 1134. *Chrifti* 381.

Athanaricus Rex Teruingorum expulfus à fuis Conftantinopolim venit, à Theodofio benignè excipitur, moritur, & fplendidiffimè fepellitur, Teruingi Fœdus cum Theodofio feriunt.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
REPARATIO REIPVB. ANT. Γ. Imp. Laureatus ftans, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, finiftra Globum cum Victoria.

THEODOSIVS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Antonius. Syagrius. *A.V.C.* 1135. *Chrifti* 382.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
GLORIA ROMANORVM S. M. H. D. Figura Militaris ftans, dextra Labarum, finiftra Globum.

THEODOSIVS TR. P. IV. V. COS.

COSS. Merobaudes II. Saturninus. *A.V.C.* 1136. *Chrifti* 383.

Arcadium Filium AVG. *vocat Theodofius. Gratianus Aug. à Magno Maximo vincitur, & necari iubetur.*

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* VICTORIA AVGGGG. B CON. OB. S. M. Imp. ftans, dextra Labarum, finiftra Victoriolam Globo inftantem, finiftro pede Captiuum calcans. *Conft. Chriftiana Tab.* 19.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
GLORIA ROMANORVM S. N. B. E. Figura Militaris ftans, dextra Labarum, finiftra Globum.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* REPARATIO REIPVB. S. M. R. E. Imp. Laureatus, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, finiftra Globum cum Victoriola. *Num. Fafch.*

THEODOSIVS TR. P. V. VI. COS.

COSS. Clearcus. Ricimer. *A.V.C* 1137. *Chrifti* 384.

Theodofio Sapores Perfarum Rex, & Mag Maximus legati de pace miffi, hinc Pax vtrifque data. Honorius Theod. Filius nafcitur.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* CONCORDIA AVGGG. A. Q. P. S. Figura fedens, dextra Haftam, finiftra Cornucopiæ Capite Corona Turrita ornato, ad pedes Aquila. *Num. Fafch.*

THEODOSIVS TR. P. VI. VII. COS.

COSS. Arcadius Aug. Col. Bauto. *A.V.C.* 1138. *Chrifti* 385.

Theodofius fauas nationes per Legatos fuo Imperio fubdidit. Marcellin. in Chronico.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* GLORIA ROMANORVM R. P. Imp. dextra Captiuum calcans, finiftra Labarum. *M. N.*

THEODOSIVS TR. P. VII. VIII. COS.

COSS. Honorius Nob. Puer. Eudocius. *A.V.C.* 1139. *Chrifti* 386.

Theodofius Grutungos Scythas Duce Odetheo Rege Iftrum tranfire conantes, prælio nauali deuincit, ac delet, & Conftantinopolim victor cum Arcadio ingreditur.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* VICTORIA AVGVSTORVM TR. CON. Victoria gradiens, dextra Lauream, finiftra Palmam. *Conft. Chriftiana Tab.* 19.
* VIRTVS ROMANORVM TR. P. S. Roma Galeata infidens fpolijs, dextra Globum cum Victoria, finiftra Haftam. *ibidem.*

THEODOSIVS TR. P. VIII. IX. COS.

A.V.C. 1140. *Christi* 387. *COSS. Valentinian. Iun. Aug. III. Fl. Eutropius.*

Theodosius Quinquennalia Arcadij splendidè celebrat Constantinopoli, Valentinianum Iuniorem, & Iustinam Augg. Maximum fugientes. Thessalonicæ bono animo esse iubet.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* CONCORDIA AVGGG. CON. OB. Roma Galeata sedens, dextra Hastam, sinistra Globum. *Hulsius.*

THEODOSIVS TR. P. IX. X. COS. II.

A.V.C. 1141. *Christi* 388. *COSS. Theodosius Aug. II. Cynegius.*

Theodosius Valentinian. Iun., & Iustinam Thessalonicæ inuisit, Gallam ducit Vxorem, Exercitum contra Maximum parat, cum eo pugnat circa Scissiam, & vincit. Fugientemque prosecutus obtruncat VII. Kal. Septembris. Imperiumque Italiæ Valentin. Iun. reddit.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
CONCORDIA AVGGG. N. Figura Galeata sedens, dextra Hastam, sinistra Clypeum, in quo VOT. X. MVLT. XV.
* CONCORDIA AVGGG. CON. OB. Figura Galeata binis Leonibus insidens, dextra Hastam, sinistra Globum, dextro pede Nauis Rostrum premit. *Const. Christiana Tab.* 19.
VICTORIA AVGGG. { MD. CON. OB. Figura Militaris, dextra Labarum, sinistra Victoriolam, Captiuum supplantans. / A. COM. O. V. S. M. Eodem Typo.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
VOTIS X. MVLT. XX.
* CONCORDIA AVGGG. B. CON. OB. Figura Galeata sedens, dextra Spiculum, sinistra Scutum, in quo VOT. X. MVLT. XV. dextro pede Proram Nauis calcans. *Const. Christiana Tab.* 19.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
VOT. X. MVLT. XX.
* VICTORIA AVGGG. S. M. ANT. Duæ Victoriæ stantes se mutuo aspicientes, dextris Laureas, sinistris Palmas. *Const. Christiana Tab.* 19.

THEODOSIVS TR. P. X. XI. COS. II.

A.V.C. 1142. *Christi* 389. *COSS. Fl. Timatius. Fl. Promotus.*

Theodosius cum Honorio Filio Romam adit, Triumphansque ingreditur, distribuit Congiarium, & Ludo magnificentissimo edit, deindè Mediolanum venit.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM MD. P. S. Figura sedens, dextra Globum, sinistra Hastam.
GLORIA ORBIS TERRARVM TES. OB. Figura stans, dextra Labarum, sinistra Crucis signum.
VRBS ROMA. Sedens.

THEODOSIVS TR. P. XI. XII. COS. II.

A.V.C. 1143. *Christi* 390. *COSS. Valentinianus Iun. Aug. IV. Fl. Neotericus.*

Theodosius Paschatis tempore cum ad Templum accessisset à S. Ambrosio à Templo arcetur, mæstusque cum lachrimis recedit.

THEODOSIVS TR. P. XII. XIII. COS. II.

A.V.C. 1144. *Christi* 391. *COSS. Ti. Fl. Titianus, Q. Aurel. Symmachus.*

Theodosius facta Thessalonicensis Cladis pœnitentia à D. Ambrosio Ecclesiæ communioni restituitur, indè Thessalonicam progressus Barbaros plures delet, & Constantinopolim cum Filio redit, variaque spectacula edit.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* CONCORDIA AVGGG. CON. OB. Figura Turrita sedens, dextra Hastam, sinistra Globum. *Constantin. Christiana Tab.* 19.
* VICTORIA AVG. AQ. OB. Duo Impp. sedentes, dextris Globum retinentes, quibus à tergo Victoria alata instat. *ibidem.*

Æ. . . . .
* SALVS MILITVM. Imp. trahens Captiuum. *Patin. Ind. f.* 34.
* VICTORIA AVGG. Duæ Victoriæ stantes. *Patin. ibidem.*

THEODOSIVS TR. P. XIII. XIV. COS. II.

A.V.C. 1145. *Christi* 392. *COSS. Arcadius Aug. II. Fl. Rufinus.*

VALENTINIANVS IVN. AVG. *occiditur ab Arbogaste, Eugenius in eius locum* AVG. *dicitur, Cadauer iussu Theodosij magnificè Sepulturæ mandatum, Oratoribus Eugenij perplexo dato responso bellum cogitat.*

D. N.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
CONCORDIA AVGG. G. B. CON. OB. Figura Galeata ſedens, dextra Pomum cum Cruce, ſiniſtra Rhabdum.

VICTORIA AVGG. { TR. OB. C. Duæ Figuræ Impp. Theodoſij ſcilicet, & Arcadij Globum tenentes, in quorum medio Victoria.
TH. COG. Eodem Typo.
TES. OBS. Eodem Typo.
CON. Eodem Typo.

Ar. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✱ CONCORDIA AVGG. TR. P. S. Figura muliebris ſedens, dextra Spiculum, ſiniſtra duo Cornucopiæ. *Conſtantin. Chriſtian. Tab. 19.*

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✱ CONCORDIA AVGG. . . . . Figura ſedens, dextra Pomum, ſiniſtra Haſtam. *M. N.*

THEODOSIVS TR. P. XIV. XV. COS. III.

COSS. Theodoſius Aug. III. Fl. Abundantius. *A.V.C.* 1146. *Chriſti* 393.

Theodoſius Honorium Filium Aug. dicit IIII. Id. Ianuarij. Eugenius cum Arbogaſte in Italiam deſcendit cum Exercitu, eamque pacificè obtinet, Theodoſius ad bellum ſe parans Diuinum auxilium implorat.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
VOT. XX. MVLT. XXX. CON. OB. Victoria Crucem tenens.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✱ GLORIA ROMANORVM ANT. B. Theodoſius cum Arcadio, & Honorio Filijs Augg. ſtantes &c. *Conſtantin. Chriſtiana Tab. 19.*

THEODOSIVS TR. P. XV. XVI. COS. III.

COSS. Arcadius Aug. III. Honorius Aug. II. *A.V.C.* 1147. *Chriſti* 394.

Theodoſius cum Eugenio pugnat, vincit, capit, obtruncat, Imp. Occidentis accipit, cum Honorio Mediolanum veniens Triumphat de Eugenio. Mox ægrotat, & Teſtamento Arcadio Filio Orientale Imperium, Occidentale verò Honorio relinquit.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✱ VIRTVS AVGVSTORVM. Imp. Paludatus ſtans, dextra Haſtam, ſiniſtra Scutum. *Conſtan. Chriſtiana Tab. 19.*
✱ Imp. Eques Hoſtem Lancea ſternit, *ibidem.*

THEODOSIVS TR. P. XVI. XVII. COS. III.

COSS. Fl. Olybrius. Fl. Probinus. *A.V.C.* 1148. *Chriſti* 395.

Theodoſius pauliſper morbo leuatus Ludos Victoriæ edit Mediolani, & ſequenti die, ſcilicet XVI. Kal. February moritur.

185

AELIA FLACILLA THEODOSII VXOR PRIMA.

THeodoſij prima Vxor, religioſiſſima fœmina, quæ multa pietatis exempla egenis exhibuit: Maritum admonuit ne benefactori ingratus foret. Huius Matronæ caſtitas, pietas, & beneficentia erga pauperes valdè prædicatur; & in primis hæc memoranda ſententia; *Imperio conuenit, vt Aurum id largiatur, ego verò manuum mearum opus pro Imperio ipſo, ei quid ſemel contulit, offero.* Vide *Nicephorum.* Filij Arcadius, & Honorius.

Aur. AEL. FLACILLA AVG.
✱ SALVS REIPVBLICAE CON. OB. Victoria ſedens, dextra Clypeo inſcribit Chriſti Monográma. *Conſt. Chriſt. Tab. 19.*

Æ. AEL. FLACILLA AVG.

SALVS REIPVBLICAE. { Figura muliebris ſtolata ſtans.
✱ ANT. C. Eodem Typo. *Ind. Pellegrini Aſcanij.*
✱ S. M. K. Γ. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab. 19.*
S. M. N. A. Figura muliebris ſtolata gradiens.
✱ S. M. N. A. Figura muliebris ſtolata gradiens, hinc Stella, illinc Crux. *Conſtantin. Chriſtiana Tab. 19.*

CON-

SALVS REIPVBLICAE.
* CON. Q. Figura ſedens, inſcribens Clypeo trunco Palmæ impoſito Chriſti Monogramma. *Ex Oyſel. Tab. 79. n. 3. reſt.*
* T. S. A. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab. 19.*
* ALEX. Figura muliebris ſtolata manus eleuans. *Strada fol. 202.*
* ANT. Γ. Eodem Typo. *Muſæi Baſetti.*
* CON. OBS. Eodem Typo. *Num. Faſch.*
* CON. S. Victoria ſedens, Clypeo inſcribens Chriſti Monogramma. *Num. Faſch.*
* T. E. S. Δ. Eodem Typo. *ibidem.*

186

GALLA PLACIDIA THEODOSII VXOR SECVNDA.

Senioris Valentiniani ex Iuſtina Filia, Valentiniani Iun. ex vtraque parente Soror, formoſiſſima Virgo, occiſo à Magno Maximo Gratiano, Fratre cum Tyrannus Italiam, & Africam ſuo Imperio ſubdidiſſet, Valentinianus, Iun. cum Iuſtina Matre, & Galla Sorore Theſſalonicam fugiens, petijt, cumque à Theodoſio (cui iam mortua erat Flacilla Vxor) inuiſerentur, peteretque Valentinianus Bellum contra Tyrannum decerni, cunctaretque Theodoſius Iuſtina Gallam produxit, orantem vnius Fratris necem vlciſceretur, Imperiumque alteri reſtitueretur. Captus forma Virginis Theodoſius Matrimonium eiuſdem ambijt, quod à Iuſtina ea conditione obtinuit, vt bellum contra Maximum ſtatim ſuſciperetur Anno Chriſti 388., quod & factum eſt, & nuptiæ ſecutæ tandem, Gallaque in puerperio deceſſit A. V. C. 1147. Chriſti 394.

Aur. D. N. GALLA PLACIDIA AVG.
* SALVS REIPVBLICAE R. V. CON. OB. Victoria inſidens Thoraci, Clypeo inſcribit Chriſti Monogramma. *Conſt. Chriſtiana Tab. 21.*
* VOT. XX. MVLT. XXX. R. V. CON. OB. Victoria alata ſtans, dextra Crucem longam. *ibid.*

Æ. D. N. GALLA PLACIDIA P. F. AVG.
* PVDICITIA AVG. S. C. Figura ſedens Peplo velans faciem dextra, ſiniſtra Haſtam puram. *ibidem.*
* VICTORIA AVGGG. R. V. CON. OB. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum cum Victoria, pede ſiniſtro Captiuum calcans. *ibidem.*

187

E V G E N I V S.

Valentiniano dolo Arbogaſtis Viennæ Allobr. ſtrangulato, Arbogaſto confiſus Eugenius Imp. arripuit. Huic totus Occidens, qui in Valentiniani poteſtate fuit paruiſſe videtur. Hunc ad flumen Frigidum Diuinis vſus auxilijs Theodoſius Imperio deiecit, & vita priuauit.

FL. EVGENIVS, *Valentiniano Iun. Aug. fraude Argobaſtis occiſo Occidentis Imperium inuadit*, AVG. *dicitur* TR. P. *ab eodem Arbogaſte accepta Sabbato ante Pentecoſtem.* *A. V. C.* 1145. *Chriſti* 392.

A. V. C. 1145. Chriſti 392. COSS. *Arcadius Aug. II. Fl. Rufinus.*

Oratores ad Theodoſium de pace mittit Eugenius, qui dubio reſponſo recedunt, Arbogaſtes Bructeros Rheno tranſmiſſo populatur.

Ar. D. N. EVGENIVS P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM. Figura muliebris ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam.

Æ. IMP. EVGENIVS P. F. AVG.
* SAPIENTIA PRINCIPIS. *Ant. Auguſtin. Dialog.*
* VIRTVS ROMANORVM CON. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſt. Chriſtiana Tab. 19.*

EV-

EVGENIVS TR. P. I. II.

COSS. Theodosius Aug. III. Fl. Abundantius. *A.V.C. 1146. Christi 393.*

Cum Germanis Fœdera renouat Eugenius, postea in Italiam descendit, & Mediolanum veniens reliqua illi se dedidit Italia.

Aur. D. N. EVGENIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM { TR. Victoria gradiens, dextra Sertum, sinistra Palmam.
* { CON. TR. Eodem Typo. *Const. Christian. Tab. 19.*
* VICTORIA AVGG. C. CON. Duæ Figuræ sedentes, dextris Globos tenentes, quibus Victoria Lauream imponit. *Strada fol. 207.*

Ar. D. N. EVGENIVS P. F. AVG.
VRBS ROMA. * { LVC. E. S. Roma sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.
{ LVC. P. S. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 19.*
* { Eodem Typo. *Patin. Thesauro.*

EVGENIVS TR. P. II. III.

COSS. Arcadius Aug. III. Honorius Aug. II. *A.V.C. 1147. Christi 394.*

Theodosius cum Exercitu contra Eugenium in Pannoniam iter intendit, Eugenius propè Aquileiam Castra metatur, Theodosius superatis Alpibus cum Eugenio pugnat, & vincit, Eugenius capitur, & capite truncatur A. D. VIII. Idibus Septembris.

188

FL. ARCADIVS.

THeodosij F. consors Imperij Patris, Orienti præficitur, Tutore Rufino, qui spe potiundi Imperij missis muneribus Alaricum Regem Gothorum contra Arcadium sollicitat, sed comperta proditione medio conatu ab Italicis Militibus interficitur, vt & Caina, vel Cainas comes, & imitator Rufini, qui contra Arcadium bellum ciuile mouerat, Constantinopolimque ferro, & flamma vastauerat. Arcadius cum Byzantij ferè 26. annis regnasset, obijt ætatis anno 31. relicto Filio Theodosio, & 4. Filiabus, Placilla, Pulcheria vxore Marciani Imp., Arcadia, & Marina.

FL. ARCADIVS *Theod. Aug. F.* AVG. *dicitur à Patre* TR. P. *accepta A. D. XII. Kal. Februarij.*

COSS. Merobaudes II. Saturninus. *A.V.C. 1136. Christi 383.*

Aur. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
CONCORDIA AVGGGG. * { Δ. CON. OB. Figura galeata sedens, dextra Rhabdum, sinistra Globum.
{ Z. CON. OB. Figura galeata insidens binis Leonibus, dextra Iaculum, sinistra Globum, dextro pede Proram Nauis premit.
{ *Constantinop. Christiana Tab. 19.*

Fortè his Nummis concordia Gratiani, Valentiniani iunioris, Theodosij, & Arcadij omnium hoc anno Augustorum designatur. Quatuor enim AVGG. Nummo exprimuntur.

ARCADIVS TR. P. I. II.

COSS. Clearcus. Ricimer. *A.V.C. 1137. Christi 384.*

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
GLORIA ROMANORVM. * { ANT. B. Imp. Paludatus stans, dextra Labarum, sinistra Globum. *Constan. Christ Tab 19.*
* { S. M. AQ. Imp. Galeatus, dextra crinibus Captiuũ trahens. *ibid.*

ARCADIVS TR. P. II. III. COS.

COSS. Arcadius Aug. Fl. Bauto. *A.V.C. 1138. Christi 385.*

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* GLORIA ROMANORVM. Γ. Imp. stans, dextra Labarum, sinistra Globum. *Const. Christ. Tab. 19.*

GLORIA ROMANORVM. { * ANT. Γ. Tres Figuræ Militares, dextris Hastas tenentes, sinistris Clypeis nixæ, quarum media alijs minor est. Const. Christ. Tab. 20.
* Eodem Typo, sed cum aliqua diuersitate. Patin. Ind. fol. 34. }

ARCADIVS TR. P. III. IV. COS.

A.V.C. 1139. Christi 386. — ***COSS.*** *Honorius Nob. Puer. Fl. Eudocius.*

Cum Patre Theodosio victor Constantinopolim ingreditur, Arcadius AVG. *post Scythas Grotungos deuictos.*

Aur. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGGG. { CON. OB. Victoria gradiens, dextra Lauream.
S. M. Eodem Typo.
D. M. Imp. stans, dextra Labarum, sinistra Victoriolam tenens, sinistro pede Captiuum conculcans.
* A. S. M. CON. OB. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 19.*
* MD. COM. OB. Eodem Typo. *ibidem.* }

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG. *In Tertio* Bustum Corona gemmata, cui in aere manus Lauream imponere videtur, dextra Iaculum, sinistra Clypeum.
* VICTORIA AVGGG. N. T. CON. Victoria dextra Lauream, sinistra Palmam. *Ind. Pellegr. Ascanij.*
* SALVS REIPVBLICAE. { A. Q. R. Victoria gradiens, dextra Captiuum crinibus trahens. *M. N.*
* Monogramma Christi. *Const. Christiana Tab. 20.* }
* GLORIA ROMANORVM S. M. N. Δ. Imp. stans, dextra Labarum cum Christi Monogrammate, sinistra Scutum cum Captiuo ad pedes genuflexo religatis manibus. *Strada fol. 203.*

ARCADIVS TR. P. IV. V. COS.

A.V.C. 1140. Christi 387. — ***COSS.*** *Valentinian. Iun. Aug. III. Fl. Eutropius.*

Quinquennalia Arcadij splendidè celebrata.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* VOT. V. In Laurea. *Const. Christiana Tab. 20.*

ARCADIVS TR. P. V. VI. COS.

A.V.C. 1141. Christi 388. — ***COSS.*** *Theodosius Aug. II. Cynegius.*

Maximus Tyrannus victus, & occisus à Theodosio.

ARCADIVS TR. P. VI. VII. COS.

A.V.C. 1142. Christi 389. — ***COSS.*** *Fl. Timasius. Fl. Promotus.*

ARCADIVS TR. P. VII. VIII. COS.

A.V.C. 1143. Christi 390. — ***COSS.*** *Valentinianus Iun. IV. Fl. Neotericus.*

ARCADIVS TR. P. VIII. IX. COS.

A.V.C. 1144. Christi 391. — ***COSS.*** *Ti. Fabius Titianus. Q. Aurel. Simmachus.*

Plures Barbaros delet Theodosius.

Ar. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM. MD. P. S. Imp. sedens habitu Militari, dextra Victoriolam, sinistra Hastam.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* VIRTVS ROMANORVM. ANT. Imp. Paludatus, dextra Hastam, sinistra Clypeum, à Victoria alata, sinistra Palmam tenente, dextra Coronatur. *Const. Christiana Tab. 20.*

ARCADIVS TR. P. IX. X. COS. II.

A.V.C. 1145. Christi 392. — ***COSS.*** *Arcadius Aug. II. Fl. Rufinus.*

Valentinianus Iun. occiditur.

Ar. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
VOTIS X. MVLTIS XX. In Laurea.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* VOT. X. MVLT. XX. In Laurea, *infra* CONS. *Const. Christiana Tab. 20.*

ARCADIVS TR. P. X. XI. COS. II.

A.V.C. 1146. Christi 393. — ***COSS.*** *Theodosius Aug. III. Fl. Abundantius.*

Honorius AVG. *dicitur.*

D. N.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.

GLORIA ROMANORVM. * { S. M. A. P. Duo Milites Galeati cum Clypeis. *Ind. Pellegr. Ascanij.*
ANT. S. Imp. ſtans, dextra Labarum, in quo Chriſti Monogramma, ſiniſtra Scutum cum Captiuo ad pedes. *Conſt. Chriſt. Tab.* 20. }

ARCADIVS TR. P. XI. XII. COS. III.

COSS. Arcadius Aug. III. Honorius Aug. II. — *A.V.C.* 1147. *Chriſti* 394.

Theodoſius cum Eugenio pugnat, & vincit, Ægrotat, & Teſtamento Arcadio Imp. Orientis relinquit.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* VRBS ROMA FELIX S. M. ROM. Figura Galeata ſtans, dextra Trophæum, ſiniſtra Globum cum Victoria, quæ Imp. Coronat, *M. N.*

* VRBS ROMA. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam. *Patin. Ind. f.* 34.

ARCADIVS TR. P. XII. XIII. COS. III.

COSS. Olybrius. Probinus. — *A.V.C.* 1148. *Chriſti* 395.

Theodoſius Aug. moritur, & Arcadius ſolus Orienti Imperat. Alaricus Gothorum Rex à Rufino euocatus Graciam, & Macedoniam diripit. Rufinus quondam Arcadij Tutor, ab Exercitu capite plectitur, cui Eutropius ſuccedit.

Aur. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.

CONCORDIA AVGG. CON. OB. { Figura ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum.
Figura Galeata ſedens, dextra Rhabdum, ſiniſtra Globum, cui inſiſtit Victoria dextra Lauream tenens. }

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
* CONCORDIA AVG. CON. OB. Imp. Galeatus, & Paludatus ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum cum Victoria. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 19.

CONCORDIA AVGG. { CON. OB. Cum Figura Equeſtri.
TEST. Figura ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum.
CONS. A. Eodem Typo.
S. M. N. B. Eodem Typo.
S. N. H. T. Eodem Typo. }

CONCORDIA EXERCITVS. Duæ Figuræ Militares ſtantes.

ARCADIVS TR. P. XIII. XIV. COS. IV.

COSS. Arcadius Aug. IV. Honorius Aug. III. — *A.V.C.* 1149. *Chriſti* 396.

Atalaricus Epiro egreſſus denuò Graciam populatur.

ARCADIVS TR. P. XIV. XV. COS. IV.

COSS. Caſarius. Atticus. — *A.V.C.* 1150. *Chriſti* 397.

Flacilla Filia Arcadio naſcitur. Alaricus crudelis in Epirum, & Graciam ſauit.

ARCADIVS TR. P. XV. XVI. COS. IV.

COSS. Honorius Aug. IV. Eutychianus. — *A.V.C.* 1151. *Chriſti* 398.

ARCADIVS TR. P. XVI. XVII. COS. IV.

COSS. Theodorus. Eutropius. — *A.V.C.* 1152. *Chriſti* 399.

Eutropius ſpoliatur, & in exilium mittitur. Pulcheria altera Filia Arcadio naſcitur.

ARCADIVS TR. P. XVII. XVIII. COS. IV.

COSS. Fl. Stilico. Fl. Aurelianus. — *A.V.C.* 1153. *Chriſti* 400.

ARCADIVS TR. P. XVIII. XIX. COS. IV.

COSS. Ragonius Vincentius Celſus. Fl. Trauitta. — *A.V.C.* 1154. *Chriſti* 401.

Theodoſius Filius Arcadio naſcitur. Baptizatur, & Aug. dicitur.

ARCADIVS TR. P. XIX. XX. COS. V.

COSS. Arcadius Aug. V. Honorius Aug. V. — *A.V.C.* 1155. *Chriſti* 402.

Gothos in Italiam irruentes reprimit Honorius.

Æ. D. N. ARCADIVS P. F. AVG.
✱ VIRTVS EXERCITVS CONST. Imp. dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum à Victoria Coronatur.
M N
✱ VIRTVS EXERCITI. Imp. calcans Captiuum. *Patin. Ind. f. 34.*
VIRTVS EXERCITVS. ✱ ANT. R. Imp. Captiuum calcans ſiniſtro pede, dextra Labarum cum Chriſti Monogrammate, ſiniſtra Globum cum Victoria. *Hulſius.*
✱ ANT. S. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab. 20.*

ARCADIVS TR. P. XX. XXI. COS. V.

A.V.C. 1156. Chriſti 403. *COSS. Theodoſius Iun. Aug. Fl. Rumoridus.*

✱ NOVA SPES REIPVBLICAE CON. OB. Victoria inſidens Thoraci, ſiniſtra Clypeum ſuſtinet, in quo dextra ſcribit XX. *Oyſel. Tab. 54. n. 12.*
X.
XXX.

ARCADIVS TR. P. XXI. XXII. COS. V.

A.V.C. 1157. Chriſti 404. *COSS. Honorius Aug. VI. Fl. Ariſtaenetus.*

ARCADIVS TR. P. XXII. XXIII. COS. V.

A.V.C. 1158. Chriſti 405. *COSS. Stilico II. Fl. Anthemius.*

Eudoxia Arcadij Vxor moritur.

ARCADIVS TR. P. XXIII. XXIV. COS. VI.

A.V.C. 1159. Chriſti 406. *COSS. Arcadius Aug. VI. Sex. Anic. Petron. Probus.*

ARCADIVS TR. P. XXIV. XXV. COS. VI.

A.V.C. 1160. Chriſti 407. *COSS. Honorius Aug. VII. Theodoſius Iun. Aug. II.*

ARCADIVS TR. P. XXV. XXVI. COS. VI.

A.V.C. 1161. Chriſti 408. *COSS. Anicius Baſſus. Fl. Philippus.*

Hoc anno A. D. Kal. Martij Arcadius Aug. mortuus eſt.

189

AELIA EVDOXIA ARCADII AVG. VXOR.

FL. Bautonis Nobilis Galli Filia, quam & Auguſtum renunciauit, & Diademate donauit Arcadius Anno Chriſti 400. Obijt ex Puerperio (quinque Filijs relictis) Anno Chriſti 404. VI. Octobris, tertio menſe poſtquam D. Io. Chryſoſtomum exilio mulctauit.

Aur. AEL. EVDOXIA AVG. Caput fœmineum, cui in aere manus Lauream imponit.
✱ SALVS REIPVBLICAE CON. OB. Victoria Thoraci inſidens Clypeo Columnæ impoſito, inſcribit Chriſti Monogramma. *Conſt. Chriſtiana Tab. 20.*
AEL. EVDOXIA AVG.
✱ CON. OB. Crux in Laurea cum Stella. *Strada fol. 204.*

Æ. AEL. EVDOXIA AVG. Caput fœmineum, vt in Aureo.
✱ SALVS REIPVBLICAE ANT. Γ. Victoria Thoraci inſidens, Clypeo Columnæ impoſito, inſcribit Chriſti Monogramma. *Conſt. Chriſtiana Tab. 20.*
✱ GLORIA ROMANORVM. ANT. A. ✚. Figura muliebris ſtolata ſedens, cui manus in aere pendens Lauream imponit. *ibidem.*
✱ CON. Eodem Typo. *ibidem.*

D. N.

190

FL. HONORIVS.

THeodosij F. Imperij consors, Occidenti præficitur, Tutore Stilicone. Is Romæ agens, Gildonem Africæ Regnum adeptum, & ætatem Imperatoris spernentem, seipsumque Imp. constituentem, Fratris Mazescelı ductu superauit, & interfecit; eumdemque Mazescelem rebellantem, auxilio Bonifacij vicit. Stilico Vandalus, Honorij Socer, Filio suo Regnum parare cupiens, Sueuos, Vandalos, & Alemannos spe prædæ sollicitauit, & in Honorium mouit, qui repulsi sunt Rege Rhadagaso capto, & strangulato, cui Attalaricus Rex suffectus, & Imperio potitus, concessa suis Gallia ab Honorio ad habitandum, à Stilicone fraude petitus, Romam, ac totam Italiam diripuit. Placidiam abduxit, & Ataulpho propinquo suo in vxorem dedit. Honorius consortem Imperij accepit Fl. Constantium Magistrum Militiæ, ingentis animi virum, & in rebus gerendis clarissimum, cui Sororem Placidiam remissam desponsauit. Is Tyrannos, Gratianum in Britannia, Constantinum cum Filio Constante in Gallijs sustulit: Barbarorum impetus, qui Gallias, Hispanias, & Britanniam infestabant, domuit: sed immatura morte sublatus, imperauit 7 mensibus dumtaxat. Honorius haud ita multo post, cum regnasset annos 31. cum Patre duos, cum Fratre tredecim, cum Fratris Filio sexdecim, aqua inter cutem laborans, decessit, nulla superstite prole; anno V.C. 1176. Christi 423. IV. Kal. Septembris, vt vult *Olimpiodorus* anno ætatis 43. Imperij post Patris excessum 29. Decimo Imperij sui anno Romæ Ludos Sæculares fecit, remotis dæmonum sacrificijs, solis tantùm Circensibus, & Theatralibus Ludis, qui ad ea vsque tempora perdurauerant, concessis, sexto suo Consulatu A. V. C. 1157. Christi 404. ducentesimo anno postquam à Seuero editi fuerant, Ludorum Philippi ratione neglecta.

FL. HONORIVS, *Theodosij Aug. F. iam* COS. *à Patre* AVG. *dicitur* TR. P. *concessa A. D. IIII. Id. Ianuarij.*

COSS. Theodosius Aug. III. Fl. Abundantius. — *A.V.C. 1146. Christi 393.*

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
GLORIA ROMANORVM. { ANT. A. Figura Militaris, dextra Labarum, sinistra Globum.
CONS. I. Eodem Typo.
S. A. M. N. T. Eodem Typo.
M. N. T. Eodem Typo.
✻ ANT. A. Tres Militares Figuræ stantes, quarum media alijs minor est. *Ind. Pellegr. Ascanij.*

HONORIVS TR. P. I. II. COS. II.

COSS. Arcadius Aug. III. Honorius Aug. II. — *A.V.C. 1147. Christi 394.*

Honorius Mediolani cum Patre triumphat de Eugenio Tyranno.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGGG. { CON. OB. Figura Militaris stans, sinistra Victoriolam, dextra Labarum, Captiuum supplantans.
✻ MD. COM. OB. Eodem Typo. *Constantin. Christian. Tab. 20.*

Ar. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGGG. R. M. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Constant. Christiana Tab. 20.*

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
GLORIA ROMANORVM ANT. B. Tres Milites Galeati, Hastati, & Clypeati stantes, quorum medius alijs minor est. *Const. Christiana Tab. 20.*

HONORIVS TR. P. II. III. COS. II.

COSS. Olybrius. Probinus. — *A.V.C. 1148. Christi 395.*

Theodosio Aug. mortuo Honorius Occidentale Imperium ex Testamento Patris tenet. Stilico in Rhetiam profectus, Francos, Sueuos, & Alamannos Pacem cogit petere; mox contra Alaricum Gothorum Regem profectus in Illyricum literis Arcadij expeditionem deserit.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
CONCORDIA AVGG. II. CON. OB. Figura sedens, dextra Rhabdum, sinistra Victoriolam.
D. N. HONORIVS P. F. AVG.
✻ CONCORDIA AVGG. ANT. Roma sedens Hastam sinistra, Globum dextra tenens, cum Victoriola, à qua Coronatur. *Const. Christiana Tab. 20.*

HONORIVS TR. P. III. IV. COS. III.

A.V.C.1149. Christi 396. *COSS. Arcadius Aug. IV. Honorius Aug. III.*

Gildo Africam occupat, Honorius Mediolani Spectacula populo exhibet.

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
✻ GLORIA ROMANORVM ANT. Δ. Figura Militaris, dextra Hastam, sinistra Globum. *Const. Christiana Tab.* 20.

HONORIVS TR. P. IV. V. COS. III.

A.V.C.1150. Christi 397. *COSS. Cæsarius. Atticus.*

Honorius Romam adit, Gildo Hostis iudicatur. Mazesceli eius Fratri Exercitus datur ad bellum gerendum. Honorius Mediolanum redit.

HONORIVS TR. P. V. VI. COS. IV.

A.V.C.1151. Christi 398. *COSS. Honorius Aug. IV. Eutychianus.*

Honorius Mariæ Stiliconis Filiæ nubit, Mazescel Gildonem Fratrem ingenti Victoria vincit, Gildo occisus, & Africa recepta; Triumphus Honorio decretus.

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
VIRTVS EXERCIT. Victoria Imperatori Lauream imponens.
VIRTVS EXERCITVS. ✻ { * Duæ Figuræ. *Patin. Ind. fol.* 34. | ANT. P. Imp. stans, dextra Hastam, sinistra Clypeum, à Victoria stante coronatur. *Const. Christiana Tab.* 20. }

HONORIVS TR. P. VI. VII. COS. IV.

A.V.C.1152. Christi 399. *COSS. Theodorus. Eutropius.*

Honorius Venetiæ oppida peragrat.

HONORIVS TR. P. VII. VIII. COS. IV.

A.V.C.1153. Christi 400. *COSS. Fl. Stilico. Fl. Aurelianus.*

Gothi Rege Alarico Duce Dalmatiam, & Pannoniam diripiunt, contra quos Honorius bellum parat.

HONORIVS TR. P. VIII. IX. COS. IV.

A.V.C.1154. Christi 401. *COSS. Vincentius Celsus. Fl. Trauitta.*

Alaricus superatis Alpibus Noricis Venetiarum Vrbes capit, & diripit, mox Honorium Hastæ obsidet.

HONORIVS TR. P. IX. X. COS. V.

A.V.C.1155. Christi 402. *COSS. Arcadius Aug. V. Honorius Aug. V.*

Stilico Rhætos in fide continet, Exercitum reducit, & cum subsidio ad Honorium Hastæ obsessum redit, Exercitum educit, cum Gothis pugnat ad Pollentiam, & vincit, Captiuos recipit, & Gothorum Castra spoliat: mox cum Alarico Fœdus percutitur, cui non stat Alaricus, iterum pugnatur propè Veronam, & Gothi vincuntur.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. { * | R. V. | R. M. | N. D. | MD. | Δ. R. V. | Δ. S. H. } COM. OB.
VICTORIA AVGVSTORVM COM. Victoria gradiens, dextra Scutum, sinistra Globum cum Cruce.

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGVSTORVM COM. Victoria gradiens, dextra Sertum, sinistra Globum cum Cruce.

HONORIVS TR. P. X. XI. COS. V.

A.V.C.1156. Christi 403. *COSS. Theodosius Iun. Aug. Fl. Rumoridus.*

Legati Romanorum Honorium Aquileiæ degentem ad Triumphum Romæ inuitant.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
✻ GLORIA ROMANORVM CON. OB. Currus Triumphalis à Seiugibus tractus, in quo Imp. radiatus dextra elata, sinistra Globum. *Strada fol.* 208.

HO-

HONORIVS TR. P. XI. XII. COS. VI.

COSS. Honorius Aug. VI. Fl. Aristaenetus. *A.V.C.1157. Christi 404.*

Honorius Cos. VI. procedens Triumphans cum Stilicone Vrbem ingreditur, Decennalia soluit, Ludos Saculares celebrat. Stilico Pacem cum Alarico facit. Radagaisus Scytha Exercitum ducentorum millium Barbarorum parat, vt Italiam vastet. Honorius Rauennam se confert, vt Hostes contundat, & Exercitum parat.

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* VOT. X. MVLT. XX. CONS. In Laurea. *M. N.*
TRIVMFATOR GENT. BARB. Imp. stans, dextra Labarum, sinistra Globum, ad cuius pedes Captiuus manibus post terga reuinctis.
* K. A. D. P. S. Eodem Typo. *Hulsius.*
✻ TRIVMFATOR GENT. BARBAR. Eodem Typo. *Spanhemius fol. 81.*

SPECIOSVS, DIGNVS EVGENIVS ACHILLES, SYDEREVS. Atlethæ Victores cum Corona, & Palma. *Ex Thesauro Regio CHRISTINÆ Suecorum AVGVSTÆ Spanhemius fol. 854. qui Nummum refert ad Ludos Saculares ab Honorio exhibitos.*

HONORIVS TR. P. XII. XIII. COS. VI.

COSS. Stilico II. Fl. Anthemius. *A.V.C.1158. Christi 405.*

Radagaisus superatis Alpibus Iulijs cum Exercitu formidabili Venetam Regionem populatus Romam versus progreditur, Florentiam resistentem obsidet, Stilico cum Exercitu aduenit, & pugnans plusquam 100. M. Barbarorum sternit, Radagaisus in collem Fasularum cum reliquo Exercitu se recipit, vbi à Stilicone obsidetur. Capitur, & cum Filijs necatur, Barbari se dedunt, & vt pecorum greges venundantur.

Ar. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* GLORIA ROMANORVM RVP. S. Figura Galeata sedens, dextra Globum, sinistra Hastam. *Constan. Christiana Tab. 20.*
Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* SALVS REIPVBLICAE A. Q. S. Figura gradiens Captiuum crinibus trahens. *M. N.*

HONORIVS TR. P. XIII. XIV. COS. VI.

COSS. Arcadius Aug. VI. Sex. Anic. Petron. Probus. *A.V.C. 1159. Christi 406.*

Gadigislus Rex Vandalorum ex Scythia cum Vandalis, & Alanis egressus per Sarmatiam in Germaniam transit, eam vsque ad Rhenum populatur, à Francis transitu Rheni frustra arcetur.

HONORIVS TR. P. XIV. XV. COS. VII.

COSS. Honorius Aug. VII. Theodosius Iun. Aug. II. *A.V.C.1160. Christi 407.*

Vandali Gallias Prid. Kal. Ian. penetrant, & proximas Rheno Prouincias ingressi latè Victoriam exercent. In Britannia Exercitus primò MARCVM IMP. *creat, mox occidunt, post* GRATIANVM, *quo extincto* CONSTANTINVM *nomine* AVG. *dicunt, qui Oceano transmisso in Galliam imperium facit. Milites que qui apud Celtas, & Aquitanos erant ad se traducit. Honorius Romam venit, vbi & Stilico, qui Sarum cum Firmo Exercitu in Galliam contrà Constantinum destinat.*

HONORIVS TR. P. XV. XVI. COS. VII.

COSS. Anicius Bassus. Fl. Philippus. *A.V.C.1161. Christi 408.*

Vandali Aquitaniam, cum Nouempopulana Lugdunensi, & Narbonensi Prouincia vastant. Sarus Honorij Dux Iustinianum Constantini Ducem vincit, & Constantinum Valentia obsidet, sed Gerontij metu soluta obsidione in Italiam reddit: Constantinus Rhenum contra Romanos prasidijs occupat, & Constantem Filium ex Monacho Casarem factum, in Hispaniam mittit, qui Prouinciam occupat, & Honorij propinquos capit, & subindè necat. Honorius Thermantiam defuncta Maria Vxoris Sororem sibi despondet: Alaricus in Noricum venit, Pacem cum Honorio pecunia accepta firmat, sed à Norico non recedit. Arcadius moritur. Stilico Constantinopolim ire tentat cum Exercitu, Olympius, Stiliconis proditionem reuelat. Honorius Ticini Exercitum lustrans eum tumultuantem vix sedat. Stilico Rauenna ab Exercitu capitur, & capite plectitur. Thermantia ad Matrem remittitur. Alaricus Pacem petit, nec ab Honorio auditur.

HONORIVS TR. P. XVI. XVII. COS. VIII.

COSS. Honorius Aug. VIII. Theod. Iun. Aug. III. *A.V.C.1162. Christi 409.*

Alaricus in Italiam descendit, iterum Pacem petit ab Honorio, nec obtinet, Romam obsidet, mox recepto ingenti Auri, & Argenti pondere recedit. Constantinus Pacem petit, & obtinet cum Aug. titulo. Ataulphum armis premit Honorius, seditionem militarem Rauenna comprimit. Alaricus Pacem postulat, nec conceditur, hinc Romam pergit, eam obsidet Vrbs deditur.

ditur. Atalus AVG. *dicitur ab Alarico, cum quo ad Honorium obsidendum Rauennam petens Legatos Honorij Arimini audit.* MAXIMVS *Imp. dicitur contra Constantinum in Hispania. Honorius Francos irrumpentes, & Britannos deficientes patitur.*

HONORIVS TR. P. XVII. XVIII. COS. VIII.

A.V.C.1163. Christi 410. *COSS. Fl. Varari. Fl. Tertullus.*

Pacem cum Alarico firmat. Honorius, & Attalus Insignibus Augustalibus exuitur. Pax à Saro turbatur, Alaricus Romam per fraudem capit, & populatur: Attalus iterum AVG. *dicitur, & spoliatur. Alaricus tertia die recedit. Placidiam Honorij Sororem secum ducens. Italiam omnem populatur.* CONSTANTINVS *Filium ex Cæsare* AVG. *creat.*

HONORIVS TR. P. XVIII. XIX. COS. VIII.

A.V.C.1164. Christi 411. *COSS. Theodosius Aug. IV. sine Collega.*

Alaricus moritur, & Attaulphus Regnum suscipit, Placidiamque Vxorem ducit, Romæ parcit. Constantinus Galliæ Tyrannus à Constantio Honorij Duce capitur, & iussu eiusdem interficitur. IOVINVS *in Gallijs Tyrannus Constantino succedit, & à Constantio extinguitur. Honorius Pacem cum Hunnis facit.*

HONORIVS TR. P. XIX. XX. COS. IX.

A.V.C.1165. Christi 412. *COSS. Honorius Aug. IX. Theodosius Aug. V.*

Honorius Attaulpho Galliam Narbonensem concedit, & XX. Romæ celebrat. Sebastianus Tyrannus in Gallijs à Constantio deletur. Maximus à Constantio in Hispania captus, & dimissus: Hispania recepta.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* VICTORIA AVGVSTORVM R. V. CON. OB. Victoria insidens Thoraci, antè quam Puer alatus, ambo Clypeum tenent, in quo VOT. XX. MVLT. XXX. *Const. Christ. Tab. 20.*

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* VRBS ROMA FELIX O. F. Q. S. ROM. Imp. dextra Trophæum, sinistra Globum, cum Victoria, quæ eum Coronat. *M. N.*

HONORIVS TR. P. XX. XXI. COS. IX.

A.V.C.1166. Christi 413. *COSS. Fl. Lucius. Fl. Herodianus.*

Herculianus in Africa rebellat, ab Honorio damnatur, Constantius Burgundiones Fœdere illigat.

Æ. D. N. HONORIVS P. F. AVG. Imp. Cristatus, dextra Iaculum, sinistra Scutum, in quo scalptus est Equus.
D. N. HONORIVS P. F. AVG. Imp. eodem habitu, præterquam in Clypeo insculpta est Crux. *Constantin. Christiana Tab. 20.*

HONORIVS TR. P. XXI. XXII. COS. IX.

A.V.C.1167 Christi 414. *COSS. Fl. Constantius. Fl. Constans.*

Attalus iterum ab Attaulpho Aug. dicitur. Constantius ab Honorio contra hos mittitur.

HONORIVS TR. P. XXII. XXIII. COS. X.

A.V.C.1168. Christi 415. *COSS. Honorius Aug. X. Theodosius Aug. VI.*

Constantius Attaulphum, & Attalum in Hispaniam expelit, Attalus capitur à Constantio, & ad Honorium mittitur, Vandalis in Hispania sedes concessa: Attaulphus dum Pacem cum Honorio cogitat à Gothis occiditur, cui Sigericus postea sufficitur.

HONORIVS TR. P. XXIII. XXIV. COS. X.

A.V.C.1169. Christi 416. *COSS. Theodosius Aug. VII. Iunius Quartus Palladius.*

Sigericus Gothorum Rex occiditur, Vallias sufficitur, qui cum Constantio Pacem facit, Placidiamque reddit, Constantius ad Honorium cum Placidia redit, à quo Consul II. designatur, & Placidiam Vxorem spondet.

HONORIVS TR. P. XXIV. XXV. COS. XI.

A.V.C.1170. Christi 417. *COSS. Honorius Aug. XI. Constantius II.*

Honorius Triumphans Romam ingreditur: Attalus relegatur: Vallias Vandalos, & Alanos ex Hispania eycit.

Aur. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
VIRTVS ROMANORVM MD. P. S. Roma sedens, dextra Victoriolam.

Ar. D. N. HONORIVS P. F. AVG.
* VIRTVS ROMANORVM. AM. P. S. Roma sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam. *Num. Fesch.*

VIR-

* VIRTVS ROMANORVM. MR. P. S. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.
* VRBS ROMA RVPS. Roma Galeata inſidens Thoraci, dextra Globum cum Victoria, ſiniſtra Haſtam. *ibidem*.

HONORIVS TR. P. XXV. XXVI. COS. XII.

COSS. Honorius Aug. XII. Theodoſius Aug. VIII. *A.V.C.* 1171. *Chriſti* 418.

Conſtantius, & Vallias iunctis viribus Alanos, & Sueuos apud Emeritam ſuperant.

HONORIVS TR. P. XXVI. XXVII. COS. XII.

COSS. Fl. Monaxius. Fl. Plinta. *A.V.C.* 1172. *Chriſti* 419

Vallias ſedes recipit in Gallia, Aquitaniaque illi Secunda conceditur.

HONORIVS TR. P. XXVII. XXVIII. COS. XII.

COSS. Theodoſius Aug. IX. Conſtantius Caſ. III. *A.V.C.* 1173. *Chriſti* 420.

Conſtantius AVG. *dicitur ab Honorio: Vallias Alanos in Hiſpania vincit, inde Toloſam reuerſus moritur, Theodoricus illi ſuccedit.*

HONORIVS TR. P. XXVIII. XXIX. COS. XII.

COSS. Fl. Agricola. Fl. Euſtatius. *A.V.C.* 1174. *Chriſti* 421.

Conſtantius Aug. moritur. Honorius Caſtinum in Hiſpaniam mittit contra Vandalos, eique Boniſacium adiungit.

HONORIVS TR. P. XXIX. XXX. COS. XIII.

COSS. Honorius Aug. XIII. Theodoſius Aug. X. *A.V.C.* 1175. *Chriſti* 422.

Maximus quondam Tyrannus Hiſpania à Caſtino captus, & ad Honorium miſſus. Honorius XXX. Romæ magnificè celebrat.

Æ. HONORIO AVGVSTO E.
* Quadriga Triumphalis cum Athleta, dextra Sertum, ſiniſtra Palmam. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 20.
Imp. abſque Diademate, dextra Haſtam, ſiniſtra Equum freno retinens.
* PANNONI NIKA. Figura Militaris Curru à quatuor Equis palmatis vecta, ad latus Chriſti Monogramma. *ibidem*.

HONORIVS TR. P. XXX. XXXI. COS. XIII.

COSS. Rufus Pretextatus Marinianus. Fl. Aſclepiodotus. *A.V.C.* 1176. *Chriſti* 423.

Placidia Honorio ſuſpecta cum Puero Valentiniano Conſtantinopolim proficiſcitur. Hoc anno VI. Kal. Septembr. Honorius Aug. moritur. Ex Olimpiodoro.

Æ. D. N. HONORIVS AVG. Imp. cum Faſcia.
* EXAGIVM SOLIDI. Dea Moneta cum Bilance, & Cornucopiæ *Conſt. Chriſt. Tab.* 20.

MARCVS

Ab Exercitu Britannico AVG. dicitur contra Honorium, & paulò poſt extinguitur.

COSS. Honorius Aug. VII. Theodoſius Aug. II. *A.V.C.* 1160. *Chriſti* 407.

GRATIANVS

Occiſo Marco ab Exercitu Britannico AVG. dicitur contra Honorium, & poſt quadrimeſtre Imperium occiditur.

COSS. Honorius Aug. VII. Theodoſius Aug. II. *A.V.C.* 1160. *Chriſti* 407.

CONSTANTINVS.

Occiſo Gratiano, AVG. dicitur ab Exercitu Britannico nullis meritis, ſed tantum ominatione nominis apud eos populos gratioſi: ſtatim Imperio adepto ſumpto Britannicæ iuuentutis vniuerſo robore in Gallias impetum facit, Bononiam capit, Milites Honorij, qui apud Aquitanos, & Celtas erant, ad ſe traducit, ſed victo à Saro Honorij Duce, eiuſdem Duce Iuſtiniano, Valentiam ſe recipit, vbi obſidetur, & ſeptimo die à Gerontio, & Edobecho eiuſdem Ducibus liberatur. Arelate indè ſe recepit, eaque Sede Imperij conſtituta Conſtantem Filium, ex Monacho Cæſarem fecit, & in Hiſpaniam mittit, qua Conſtans occupata, & ad Patrem redit. Miſſis hinc Legatis Honorio ſe excuſat, Pacemque petit, & obtinet cum AVG. titulo, mox Conſtantem Filium iterum in Hiſpanias miſit, contra quē Maximus AVG. auctore Gerontio Taracone dicitur: AVG. titulo Filium Conſtantem ornat, & in Italiam ab Ellobicho Honorij Præfecto tacitè accerſitus Veronam vſque progredit, ſed audita Ellobichi morte recedit: Hoc motus periculo Honorius Conſtantem Comitem Romæ nobiliſſimè natum in Gallias ad Conſtantinum tollendum deſtinat, qui eodem obſeſſo Arelate, fuſiſque ſubſidiarijs copijs Vrbe dedita Conſtantinum, cum altero Filio Iuliano capit, & ad Honorium mittit, Lætus Honorius Captiuis venientibus ad Mincium caput abſcindi iuſſit. A. V. C. 1164. Chriſti 411.

CONSTANTINVS *à Militibus in Britannia* AVG. *dicitur* TR. P. *accepta*.

A.V.C. 1160. *Christi* 407. *COSS. Honorius Aug. VII. Theodosius Aug. II.*

In Gallias transit, Bononiam occupat, Valentia obsidetur, & liberatur.

CONSTANTINVS TR. P. I. II.

A.V.C. 1161. *Christi* 408. *COSS. Anicius Bassus. Fl. Philippus.*

Sedem Imperij ponit Arelate, Constantium Filium Cæs. creat, & in Hispaniam mittit, eamque occupat Cæsar, & ad Patrem reuertitur.

CONSTANTINVS TR. P. II. III.

A.V.C. 1162. *Christi* 409. *COSS. Honorius Aug. VIII. Theodosius Aug. III.*

Pacem ab Honorio petit, & cum AVG. *titulo obtinet. Filium in Hispaniam mittit, contra quem Maximus Tyrannus eleuatur.*

CONSTANTINVS TR. P. III. IV.

A.V.C. 1163. *Christi* 410. *COSS. Fl. Varari. Fl. Tertullus.*

Constantem Filium, ex Cæsare AVG. *dicit: in Italiam Veronam vsque descendit, & recedit.*

CONSTANTINVS TR. P. IV. V.

A.V.C. 1164. *Christi* 411. *COSS. Theodosius Iun. Aug. III. sine Collega.*

CONSTANTIVS *Comes contra Constantinum ab Honorio mittitur, is Arelate obsidetur, & capitur, & ad Honorium mittitur, cuius iussu ad Mincium capite plectitur.*

CONSTANS.

Constantini superioris Aug. Filius ex Monacho Cæsar fit à Patre, & ad occupandas Hispanias missus re perfecta ad Patrem redit, rursus ibidem missus Maximum Tyrannum contra se AVG. dictum audit, hinc ad Patrem redit, qui eum ex Cæsare AVG. dicit: cum Patre in Italiam descendit, & recedit. Tandem Viennam defendens, à Gerontio Honorij Duce capitur, & occiditur. A. V. C. 1164. Christi 411.

191

PRISCVS ATTALVS.

Hic tanquam inane Imperij simulachrum cum Gothis in Hispaniam deportatus de naui descendens, incerta moliens in mari capitur, & ad Constantium comitem deductus, deinde Imp. Honorio exhibitus, truncata manu vitæ relictus est. *Vide Baron. Tom. 5.*

FL. PRISCVS ATTALVS AVG. *dicitur ab Alarico Gothorum Rege A. D. V. Kal. Sept.* TR. P. *accepta.*

A.V.C. 1162. *Christi* 409. *COSS. Honorius Aug. VIII. Theodosius Aug. III.*

Honorium societatem Imperij promittentem non audit Attalus.

Aur. PRISCVS ATTALVS P. F. AVG. *in alio* FL. PRISCVS.

INVICTA ROMA AETERNA. { CON. OB. Roma insidens Sellæ, dextra Globum tenens cum Victoria, sinistra Hastam.
M. B. Eodem Typo.
R. B. Eodem Typo. }

ROMA NOVA R. N.

Ar. PRISCVS ATTALVS P. F. AVG.

✻ INVICTA ROMA AETERNA P. S. T. Roma galeata insidens Thoraci, dextra Globum cum Victoria, sinistra Hastam. *Const. Christian. Tab.* 20.

PRISC. ATTAL.

✻ VICTORIA AVGG. Victoria gradiens. *Ex Schedis Sponnianis.*

Æ. . . . .

✻ INVICTA ROMA AETERNA. sedens. *Patin. Ind. fol.* 34.

PRIS-

PRISCVS ATTALVS TR. P. I. II.

COSS. Fl. Varari. Fl. Tertullus. *A.V.C. 1163. Christi 410.*

Pax inter Honorium, & Alaricum facta, hinc Attalus Imperio spoliatur ab Alarico.

Æ. PRISCVS ATTALVS P. F. AVG.
* VICTORIA ROMANORVM. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Constantin. Christiana Tab. 21.*

Attalus denuò à Gothis purpura ornatus A. V. C. 1167. Christi 414. tandem ab ijsdem desertus in Honorij potestatem peruenit A. V. C. 1168. Christi 415., qui eum in Triumphum ductum religatis à tergo manibus, peracta de more pompa truncata in pœnam repetita perfidiæ dextra Liparas relegauit. A. V. C. 1170. Christi 417.

192

IOVINVS.

HIC paulo pòst quàm in Gallijs Imp. appellatus esset, occisus est Honorio IX. & Theodosio Iun. V. Augg. Coss. anno V. C. 1165. Panuin. Rom. Princ. lib. 1. fol. 9.

IOVINVS *in Gallijs* AVG. *dicitur contrà Honorium.*

COSS. Theodos. Aug. VI. sine Collega. *A.V.C. 1164. Christi 411.*

Aur. D. N. IOVINVS P. F. AVG.
VOT. V. MVLT. X. In Corona quadam.
VICTORIA AVG. ⎧TR. M. S.
* ⎩S. MIR. . . . . *Strada f. 218.*
* RESTITVTOR REIPVBLICAE R. T. CON. OB. Imp. stans, dextra Labarum, sinistra Globum cum Victoria, sinistro pede calcans Captiuum. *Constan. Christiana Tab. 21.*

Ar. D. N. IOVINVS P. F. AVG.
* RESTITVTOR REIP. CON. Roma Galeata Sellæ insidens, dextra Globum cum Victoria, sinistra Hastam. *Const. Christiana Tab. 21.*

IOVINVS TR. P. I. II.

COSS. Honorius Aug. IV. Theodosius Aug. V. *A.V.C. 1165. Christi 412.*

A Constantino Comite ex Hispania fugatur, tandem ab Attaulpho captus ad Honorium missus Dardani Præfecti manu occiditur.

Aur. D. N. IOVINVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGGG. S. I. I. L. D. Figura sedens, dextra Victoriolam, sinistra Hastam puram.

Ar. D. N. IOVINVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. TR. * ⎧C. D. V. Figura sedens, dextra Globum, cum Victoria, sinistra Hastam. *Num. Fasch.*
* ⎩M. S. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 21.*

193

SEBASTIANVS.

IOuini Frater ab eodem AVG. dicitur A. V. C. 1165. & anno sequenti à Constantio Comite captus vita exuitur, vel vt *Olimpiodorus* ab Ataulpho captus capite plectitur, eiusque caput ad Honorium mittitur.

SE-

SEBASTIANVS *à Fratre* AVG. *dicitur*.

A.V.C.1165. Christi 412. *COSS. Honorius Aug. VIII. Theodosius Aug. II.*

Ar. D. N. SEBASTIANVS P. F. AVG. Caput Iuuenile Laureatum.
VICTORIA AVGG. * CONT. Figura Turrita sedens, dextra Victoriolam cum Laurea, sinistra Hastam. *Seguin. f. 183. vbi Nummus illustratur.*
* CON. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 21.*

194



FL. CONSTANTIVS VALENTINIANI III. PATER AVGVSTVS.

FL. Constantius Comes, Nobilissimus inter Romanos, ab Honorio contra Constantinum, & Constantem Galliæ, & Hispaniæ Tyrannos missus, eos vicit, & occidit, moxque Iouinum, & Sebastianum subrogatos eadem fata sequi coegit; cum Burgundionibus Fœdus pepigit, exinde in Hispaniam contra Ataulphum,& Attalum missus, eos Prouincia cedere iussit, Attalumque cæpit, recepta demum Placidia Honorij Sorore à Vallia Gothorum Rege (cum quo Pacem fecerat) ad Imp. Romam redit, vbi & secundo Consul, & Cæsar dictus, Placidiam vxorem accepit, mox Alanos, & Sueuos apud Emeritam cum Vallia superat. AVGVSTVS ab Honorio dictus cum parum gratum id accidisse Theodosio Iun. audiret mœrore, vel vt alij Pleuritide occubuit. A. V. C. 1174. Christi 421.

FL. CONSTANTIVS *Tertio Consul. Ab Honorio* AVG. *dicitur Rauennæ VI. Id. Februarij T R. P. concessa.*

A.V.C.1173. Christi 420. *COSS. Theodosius Aug. IX. Constantius III.*

Æ. D. N. CONSTANTIVS NOB. C.
* VOT. T. In Laurea. *Strada f. 209.*

CONSTANTIVS TR. P. I. II. COS. III.

A.V.C.1174. Christi 421. *COSS. Fl. Agricola. Fl. Eustachius.*

Constantius Pleuritide moritur IV. Non. Septembris.

195

FL. THEODOSIVS IVNIOR.

ARcadij, & Eudoxiæ F. admodum puer à Patre viuente in Imperium accitus; & eo moriente, sub tutela Isdigerdis Persarum Regis relictus, qui eam summa fide gessit, & Pacem cum Rom. habuit quoad vixit. Puer optimis moribus, & disciplina à Pulcheria Sorore institutus, vixdum octo annos natus, Anthemio Duce Imperium administrauit. Audita Patrui Honorij morte Valentinianum Consobrinum suum ex Constantino, & Placidia natum, Cæsarem fecit, & cum Matre, data Eudoxia Filia in Vxorem, Romam misit. Persis fracto fœdere bellum indixit, Parthorum Ducem superauit. Pace constituta cum Imp. Orientale omnium fauore regeret, febre solutus est, anno ætatis, & Imperij 48. Princeps Christianus vitæ integerrimæ, lectionibus diuinis intentus, Philosophiæ non ignarus, patientia, & clementia cunctos homines superauit. Obijt Constantinopoli IV. Kal. Aug. V. C. 1203.

FL.THEODOSIVS IVNIOR *Arcadij Aug. F. à Patre in Cunis* AVG. *dicitur. A. D. IV. Id. Ianuarij.*

A.V.C.1155. Christi 402. *COSS. Arcadius Aug. V. Honorius Aug. V.*

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
* GLORIA ROMANORVM X. M. T. A. Tres Figuræ Militares, Galeatæ, Clypeatæ, & Hastatæ stan-

ſtantes, quarum media alijs humilior. *Conſt. Chriſtiana Tab. 21.*

Non dubito, quin hoc Nummo Arcadij, Honorij, & Theodosij expreſſæ ſint effigies, quarum media adhuc Infantem Theodoſium refert.

✱ VICTORIA AVG. A. SIS. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſtantin. Chriſtiana Tab. 21.*

THEODOSIVS IVN. TR. P. I. II. COS.

COSS. *Theod. Iun. Aug. Fl. Rumoridus.* — *A.V.C.1156. Chriſti 403.*

THEODOSIVS IVN. TR. P. II. III. COS.

COSS. *Honorius Aug. VI. Ariſtænetus.* — *A.V.C.1157. Chriſti 404.*

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✱ CONCORDIA AVGGG. I. CON. OB. Figura galeata ſedens, dextra Iaculum, ſiniſtra Globum cum Victoria, dextro pede Nauis Proram calcans. *Conſt. Chriſt. Tab. 20.*

THEODOSIVS TR. P. III. IV. COS.

COSS. *Stilico II. Fl. Anthemius.* — *A.V.C.1158. Chriſti 405.*

THEODOSIVS TR. P. IV. V. COS.

COSS. *Arcadius Aug. VI. Sex. Anic. Petron. Probus.* — *A.V.C.1159. Chriſti 406.*

THEODOSIVS TR. P. V. VI. COS. II.

COSS. *Honorius Aug. VII. Theod. Iun. II.* — *A.V.C.1160. Chriſti 407.*

THEODOSIVS TR. P. VI. VII. COS. II.

COSS. *Anicius Baſſus. Fl. Philippus.* — *A.V.C.1161. Chriſti 408.*

Arcadio mortuo Orientis Imperium ſolus tenet. Theodoſius ſub tutela Placidiæ Sororis.

THEODOSIVS TR. P. VII. VIII. COS. III.

COSS. *Honorius VIII. Theod. Iun. III.* — *A.V.C.1162. Chriſti 409.*

THEODOSIVS TR. P. VIII. IX. COS. III.

COSS. *Fl. Varari. Fl. Tertullus.* — *A.V.C.1163. Chriſti 410.*

THEODOSIVS TR. P. IX. X. COS. IIII.

COSS. *Theodoſius Iun. IV. ſine Collega.* — *A.V.C.1164. Chriſti 411.*

Decennalia Imperij Conſtantinopoli celebrat.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✱ VOT. X. MVLT. XX. In Laurea. *M. N.*
✱ CONST. Infra Lauream. *Conſt. Chriſtiana Tab. 21.*

THEODOSIVS AVG. TR. P. X. XI. COS. V.

COSS. *Honorius Aug. IX. Theodoſius Aug. V.* — *A.V.C.1165. Chriſti 412.*

THEODOSIVS TR. P. XI. XII. COS. V.

COSS. *Lucius. Herodianus.* — *A.V.C.1166. Chriſti 413.*

THEODOSIVS TR. P. XII. XIII. COS. V.

COSS. *Fl. Conſtantius. Fl. Conſtans.* — *A.V.C.1167. Chriſti 414.*

THEODOSIVS TR. P. XIII. XIV. COS. VI.

COSS. *Honorius Aug. X. Theodoſius Aug. VI.* — *A.V.C.1168. Chriſti 415.*

THEODOSIVS TR. P. XIV. XV. COS. VII.

COSS. *Theodoſius Aug. VII. Iunius Quartus Palladius.* — *A.V.C.1169. Chriſti 416.*

THEODOSIVS TR. P. XV. XVI. COS. VII.

COSS. *Honorius Aug. XI. Conſtantius II.* — *A.V.C.1170. Chriſti 417.*

THEODOSIVS TR. P. XVI. XVII. COS. VIII.

A.V.C. 1171. *Christi* 418. COSS. *Honorius Aug. XII. Theod. Aug. VIII.*

THEODOSIVS TR. P. XVII. XVIII. COS. VIII.

A.V.C. 1172. *Christi* 419. COSS. *Fl. Monaxius. Fl. Plinta.*

THEODOSIVS TR. P. XVIII. XIX. COS. IX.

A.V.C. 1173. *Christi* 420. COSS. *Theodosius Aug. IX. Constantius Cæs. III.*

Constantij Aug. Imaginem ab Honorio missam non accipit Theodosius.

THEODOSIVS TR. P. XIX. XX. COS. IX.

A.V.C. 1174. *Christi* 421. COSS. *Fl. Agricola. Fl. Eustatius.*

Athenaidem Leontij Philosophi Filiam Vxorem ducit, Eudociamque vocat.

THEODOSIVS TR. P. XX. XXI. COS. X.

A.V.C. 1175. *Christi* 422. COSS. *Honorius Aug. XIII. Theodosius Aug. X.*

THEODOSIVS TR. P. XXI. XXII. COS. X.

A.V.C. 1176. *Christi* 423. COSS. *Rufus Pretextatus Marinianus. Fl. Asclepiodotus.*

Placidiam cum Fl. Valentiniano ad se fugientes benignè recipit Theodosius: Honorius Aug. moritur.

THEODOSIVS TR. P. XXII. XXIII. COS. X.

A.V.C. 1177. *Christi* 424. COSS. *Fl. Castinus. Fl. Victor.*

Legatos Ioannis Tyranni Occidentis reijcit, Thessalonicam proficiscitur, Valentinianum Cæsarem, & Placidiam Augustam renunciat, Ardaburo, & Aspari mandans, vt eos in Italiam reducerent.

THEODOSIVS TR. P. XXIII. XXIV. COS. XI.

A.V.C. 1178. *Christi* 425. COSS. *Theodosius Aug. XI. Placid. Valentinian. Cæs.*

Ioannes Tyrannus capitur, hinc Theodosius Augustalia Insignia Placidio Valentiniano mittit.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

VICTORIA AVGG.
- TES. OBS. Duæ Figuræ sedentes tenentes Globum, in quarum medio Victoria.
- * TR. OB. Eodem Typo. *Hulsius.*
- * CON. MD. Eodem Typo. *M. N.*

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
- * CONCORDIA AVGG. ANT. Figura mul. galeata sedens, dextra Sceptrum, sinistra Globum, pede Rostro Nauis imposito. *Const. Christ. Tab.* 21.
- * GLORIA ROMANORVM. Figura Equestris Galeata, dextra elata. *ibidem.*
- * Crux in Laurea. *ibidem.*

THEODOSIVS TR. P. XXIIII. XXV. COS. XII.

A.V.C. 1179. *Christi* 426. COSS. *Theodosius Aug. XII. Placid. Valentinian. Aug. II.*

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.

* SALVS REIPVBLICAE CON. OB.
- * Duo Impp. sedentes, singuli dextris Sceptrum, sinistris Crucem tenentes, *horum vnus grandior (Theodosium exprimit) à dextris, alius minor (Fl. Valentinianum referens) à sinistris. Const. Christ. Tab.* 21.
- * Imp. sedens, dextra Lauream, sinistra Crucem oblongam, ad latus alia Figura Imperatorio ornatu stans, dextra Lauream, sinistra Crucem. *ibidem.*

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
- * SALVS REIPVBLICAE A. Q. P. Victoria gradiens, dextra Captiuum crinibus trahens. *M. N.*

D. N. THEODOSIVS P. F. AVG. Bustum Galeatum, dextra Hastam, in medio Loricæ Christi Monogramma.
- * SALVS REIPVBLICAE. Imp. Laureatus sedet, dextra Lauream, sinistra Crucem, propè eum alia Figura, dextra Lauream, sinistra Crucem. *Strada fol.* 212.

THEODOSIVS TR. P. XXV. XXVI. COS. XII.

A.V.C. 1180. *Christi* 427. COSS. *Fl. Hyerius. Fl. Ardaburius.*

THEODOSIVS TR. P. XXVI. XXVII. COS. XII.

A.V.C. 1181. *Christi* 428. COSS. *Fl. Felix. Fl. Taurus.*

THEO-

THEODOSIVS TR. P. XXVII. XXVIII. COS. XII. — *A.V.C.1182. Christi 429.*

COSS. Fl. Florentius. Fl. Dyonisius.

THEODOSIVS TR. P. XXVIII. XXIX. COS. XIII.

COSS. Theodosius Aug. XIII. Placid. Valentinian. III. — *A.V.C.1183. Christi 430.*

THEODOSIVS TR. P. XXIX. XXX. COS. XIII.

COSS. Anicius Bassus. Fl. Antiochus. — *A.V.C.1184. Christi 431.*

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
VOTIS XXX. MVLT. XXXX. П. CON. Figura Muliebris sedens, dextra Globum, sinistra Rhabdum, iuxta Scutum, & ponè Canicula, ad tergum Figuræ sedentis Stellula, Globo imposito Crux.

VOT. XXX. MVLT. XXXX. CON. OB. { Victoria Crucem tenens. / * Figura Muliebris galeata sedens, dextra Globum Crucigerum, sinistra Rhabdum, sinistrum pedem Nauis Rostro imponens. *Const. Christiana Tab. 21.* }

THEODOSIVS TR. P. XXX. XXXI. COS. XIII.

COSS. Fl. Aetius. Fl. Valerius. — *A.V.C.1185. Christi 432.*

THEODOSIVS TR. P. XXXI. XXXII. COS. XIV.

COSS. Theodosius Aug. XIII. Anicius Maximus. — *A.V.C.1186. Christi 433.*

THEODOSIVS TR. P. XXXII. XXXIII. COS. XIV.

COSS. Fl. Aspar. Fl. Areobinda. — *A.V.C.1187. Christi 434.*

Theodosius, Codicem qui Theodosianus vocatur, construi iubet.

THEODOSIVS TR. P. XXXIII. XXXIV. COS. XV.

COSS. Theodosius Aug. XV. Fl. Valentinian. Aug. IV. — *A.V.C.1188. Christi 435.*

THEODOSIVS TR. P. XXXIV. XXXV. COS. XV.

COSS. Isidorus. Senator. — *A.V.C.1189. Christi 436.*

THEODOSIVS TR. P. XXXV. XXXVI. COS. XV.

COSS. Fl. Aetius II. Fl. Sigeuultes. — *A.V.C.1190. Christi 437.*

THEODOSIVS TR. P. XXXVI. XXXVII. COS. XVI.

COSS. Theodosius Aug. XVI. Acilius Glabrio Faustus. — *A.V.C.1191. Christi 438.*

THEODOSIVS TR. P. XXXVII. XXXVIII. COS. XVII. IMP. XXXII.

COSS. Theodosius Aug. XVII. Festus. — *A.V.C.1192. Christi 439.*

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
IMP. XXXII. COS. XVII. P. P. CON. OB. Figura sedens, dextra Globum cum Cruce, & Stella, sinistra Scipionem.
TR. P. XXXVII. COS. XVII. P. P. CON. OB. Figura sedens, dextra Globum cum Cruce.

THEODOSIVS TR. P. XXXVIII. XXXIX. COS. XVII. IMP. XXXII.

COSS. Fl. Valentinian. Aug. V. Fl. Anatolius. — *A.V.C.1193. Christi 440.*

THEODOSIVS TR. P. XXXIX. XXXX. COS. XVII. IMP. XXXII.

COSS. Fl. Cyrus Panopelites sine Collega. — *A.V.C.1194. Christi 441.*

Theodosius Vandalorum Regem Gensericum bello Nauali in Sicilia petit.

Æ. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG. Caput Diademate cinctum, nouo ornatu erectis vndique pennis cum Busto, & Sceptro.
* GLORIA ROMANORVM ✣ ✣ ANTR. Figura Militaris in Naui, Victoria Remigante. *Num. Fesch.*
Forte hoc Nummo Theodosij Naualis expeditio contra Gensericum exprimitur.

THEODOSIVS TR. P. XXXX. XXXXI. COS. XVII.

COSS. Fl. Dioscorus. Fl. Eudoxius. — *A.V.C.1195. Christi 442.*

Pax inter Theodosium, & Gensericum firmata: Hunni Prouincias Theodosij vastant, quibus per Duces occurrit Theodosius.

THEODOSIVS TR. P. XXXXI. XXXXII. COS. XVII.

A.V.C.1196. Christi 443. *COSS. Fl. Anicius Maximus II. Fl. Paternus.*

Pax cum Attila, & Hunnis à Theodosio mercatur.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. CON. OB. Figura sedens, dextra Globum cum Cruce tenens.

THEODOSIVS TR. P. XXXXII. XXXXIII. COS. XVIII.

A.V.C.1197. Christi 444. *COSS. Theodosius Aug. XVIII. Cæcina Decius Albinus.*

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
TR. P. XXXXII. COS. XVIII. P. P. Figura Militaris, dextra Labarum, sinistra Globum.

THEODOSIVS TR. P. XXXXIII. XXXXIV. COS. XVIII.

A.V.C.1198. Christi 445. *COSS. Valentinianus Aug. VI. Fl. Nonnius.*

THEODOSIVS TR. P. XXXXIV. XXXXV. COS. XVIII.

A.V.C.1199. Christi 446. *COSS. Fl. Aetius III. Q. Aurel. Symmachus.*

THEODOSIVS TR. P. XXXXV. XXXXVI. COS. XVIII.

A.V.C.1200. Christi 447. *COSS. Faltonius Probus Alypius. Fl. Ardaburius.*

Attila iterum Istrum transit, Daciam citeriorem populatur, cui per Duces occurrit Theodosius, & reprimit: Pax indè fit.

Aur. D. N. THEODOSIVS P. F. AVG.
✻ GLORIA ORBIS TERRAE TES. OBS. Imp. Paludatus stans, dextra Labarum, sinistra Globum Crucigerum. *Constantin. Christian. Tab.* 20.

THEODOSIVS TR. P. XXXXVI. XXXXVII. COS. XVIII.

A.V.C.1201. Christi 448. *COSS. Rufius Pretextatus Postumianus. Fl. Zeno.*

THEODOSIVS TR. P. XXXXVII. XXXXVIII. COS. XVIII.

A.V.C.1202. Christi 449. *COSS. Fl. Asturius. Fl. Protogenes.*

THEODOSIVS TR. P. XXXXVIII. XXXXIX. COS. XVIII.

A.V.C.1203. Christi 450. *COSS. Fl. Valentinianus Aug. VII. Genad. Valer. Coruin. Annienus.*

Hec anno A. D. IV. Kal. Aug. Theod. Aug. moritur.

196

AEL. EVDOCIA THEODOSII IVN. VXOR.

THeodosij Iun. Vxor, Leontij Philosophi Filia olim Athenais dicta cum titulo Augustæ nomen Eudociæ accepit, ob Pomum in suspicionem venit apud Imp. qui animum ab Vxore alienauit; illa Hierosolymam abiens Templa illic extruxit, magnasque & Pauperibus, & Religiosis eleemosinas largita est: mortuo interea marito & ipsa post obijt Anno Christi 458.

Aur. AEL. EVDOCIA AVG. *alius* EVDOXIA.
IMP. XXXXII. COS. XVII. P. P. CON. OB. Victoria sedens, dextra Globum cum Crucis Signo, sinistra Scipionem.
CON. OB. In Corona Laurea, in qua Crux cum Stella.
✻ CON. OB. Crux in Laurea. *Thes. Theupol.*
✻ CONS. X. Crux in Laurea. *Const. Christiana Tab.* 21.
✻ VOT. XX. MVLT. XXX. CON. OB. *Const. Christiana Tab.* 21.

IOAN.

197

IOHANNES ITALIÆ TYRANNVS.

MOrtuo Honorio Iohannes quondam eiusdem Commentariorum Scriptor, Rauennæ Castini, & Aetij auxilio Augustalia suscepit insignia, quæ sibi à Theodosio confirmari per Oratores petijt, misso interim Exercitu ad Africam occupandam: Inclementi Theodosij responso accepto Hunnorum auxilio se muniendum ratus in Pannoniam Aetium ad ea mercanda misit. Theodosius interim Thessalonicæ Placidia AVGVSTA,& Valentiniano CÆSARE renunciatis, Ardaburo, & Aspari mandat, vt eos cum Exercitu in Italiam, Occidentisq; Imperium reducerent: Ardabures conscensis Salonæ cum maxima Exercitus parte nauibus Rauennam versus, vt Iohannem imparatum adoriretur, contendit; sed fœda tempestate conflictatus Classe discerpta in Rauennatem oram eiectus à Io: Militibus captus, & ad eum perductus benignissimè exceptus est. Aspar verò cum Placidia, & Valentiniano pedestri itinere Aquileiam peruenti Vrbem cepere, & muniere. Ardabures Filium Asparem eorum quæ agerentur admoneri curauit, mandans vt rem impigrè aggrederetur certam spondens Victoriam, quod & is sine mora executus, expeditissimo comitatus Equitatu nocte Rauennam ingreditur, Ardaburem Patrem custodia liberat, Iohannem capit, & ad Placidiam mittit, qui eundem dexrra exsecta,pluribusquè ignominijs affectum, Asino insidentem in Circum ductum obtruncari iussit post octodecim mensium Imperium.

IOANNES *mortuo Honorio in Italia* AVGVSTVM *se dicit* TR. P. *sumpta circa A. D. VI. Kal. Septembris.*

COSS. Rufus Pratextatus Marinian. Asclepiodotus. *A.V.C.*1176 *Christi* 423.

Iohannes Legatos ad Theodosium de Fœdere, & Exercitum in Africam mittit.

Aur. D. N. IOHANNES P. F. AVG.
  * Crux in Laurea cum duabus Stellis *Const. Christian. Tab.* 21.

Ar. D. N. IOHANNES P. F. AVG.
  * VRBS ROMA. RV.P.S. Roma galeata Thoraci insidens,dextra Globum cum Victoria,sinistra Hastam. *Const. Christian. Tab.* 21.

IOANNES TR. P. I. II.

COSS. Fl. Castinus. Fl. Victor. *A.V.C.*1177. *Christi* 424.

Ardabutio, & Aspari Theodosius Placidiam, & Fl.Valentinianum Cæsarem in Italiam reducendos cum Exercitu tradit, Ardabarus à Ioanne capitur. & eiusdem Exercitus dissipatur. Placidia, & Valentinianus Aspare Duce Aquileiam capiunt, & muniunt.

Aur. D. N. IOHANNES P. F. AVG. Caput senile Barbatum, Corona Gemmata cum Busto.
  * VICTORIA AVGGG. CON. OB. RV. Imp. sinistro pede Captiuum calcans, dextra Labarum, sinistra Globum cum Victoria Imp. Coronante. *M. N.*
  VICTORIA AVGVSTORVM CON. OB. Victoria galeata sedens, Scutum vtraque manu sustinet, in Scuto Christi Monogramma, ad pedes Figura parua Scutum idem sustinet, quod Trunco Arboris impositum est, ad latus R. V. *M. N.*

IOANNES TR. P. II. III.

COSS. Theodosius XI. Pl. Valentinian. Cæs. *A.V.C.*1178. *Christi* 425.

Aspar Rauennam cum Ioanne capit, & ad Placidiam mittit, qui eum dextra obtruncata, omnique ludibrio vexatum occidi iubet mense Octobris.

198

FL. PLACIDIVS VALENTINIANVS III.

FIlius Constantij Augusti,& Placidię Sororis Arcadij,& Honorij. A Theodosio mortuo Honorio, CAESAR,& post AVGVSTVS appellatus: In Italiam missus Ioannem Imper. Rauennæ captum, Aquileiæ neci tradidit.

Cum Genferico Vandalorum Rege Pacem fanxit, parte Africæ contento. Aduerfus Attilam Hunnorum Regem Imperio inhiantem copias mifit, & in campis Catalaunicis acerrimè pugnatū, cæfis 150000. vel, vt alij fcribunt, fupra ducentis millibus, victoria penes Romanos exiftente, ductu Aetij, qui Maximi viri potentiffimi figmentis (perduellionis enim crimine apud Imp. per calumniam delatus erat) manu ipfius Valentiniani, qui illius fucceffus metuebat, occifus eft, ob fufpicionem affectatæ tyrannidis. Sed Imp. poftea Romæ ab eius Commilitonibus, Thrafila Duce, & percuffore in Campo Martio confoffus perijt, anno Imperij 30. Chrifti 455.

FL. PLACID. VALENTINIANVS *à Theodofio Iun.* CAESAR *dicitur,*
& cum Matre AVGVSTA *in Italiam mittitur.*

A.V.C.1177. Chrifti 424. *COSS. Fl. Caftinus. Fl. Victor.*

Cum Matre Placidia Afpare Duce Aquileiam capit, & munit.

FL. VALENTINIANVS CAESAR, *exindè* AVG. *X. Kal. Nouembris* TR. P. COS.

A.V.C.1178. Chrifti 425. *COSS. Theodofius Aug. XI. Fl. Valentinianus Caf.*

Io. Tyrannum capit, & occidi iubet, Rauenna Imperij Sedem conftituit.

Aur. D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.
✻ COM. OB. Crux in Laurea. *M. N.*

FL. VALENTINIANVS TR. P. I. II. COS. II.

A.V.C.1179. Chrifti 426. *COSS. Theod. Iun. Aug. XII. Plac. Valentinian. Aug. II.*

Aetius contra Theodoricum Gothorum Regem in Gallias miffus. Nomine Valentiniani à Placidia Bonifacius ex Africa reuocatus.

FL. VALENTINIANVS TR. P. II. III. COS. II.

A.V.C.1180. Chrifti 427. *COSS. Fl. Hierius. Fl. Ardaburius.*

Bonifacio ex Africa non redeunti, bellum indicitur, qui vt fe tueatur Vandalos ex Hifpania euocat, qui Africam crudeliter vexant. Aetius variè rem cum Theodorico gerit in Gallijs.

FL. VALENTINIANVS TR. P. III. IV. COS. II.

A.V.C.1181. Chrifti 428. *COSS. Fl. Felix. Fl. Taurus.*

Bonifacius in gratiam redit cum Placidia; Aetius Clodioni Francorum Regi refiftit in Gallia.

FL. VALENTINIANVS TR. P. IV. V. COS. II.

A.V.C.1182. Chrifti 429. *COSS. Fl. Florentius. Fl. Dionyfius.*

Vandalos ex Africa eijcere cupiens Bonifacius non poteft. Genfericus Ducibus Valentiniani victis Africam vaftat, Hipponem obfidet.

FL. VALENTINIANVS TR. P. V. VI. COS. III.

A.V.C.1183. Chrifti 430. *COSS. Theodofius Aug. XIII. Fl. Valentinianus Aug. III.*

Genfericus Hipponem capit. Britannia Pictis, & Scotis vexata, à Legione Romana tuentur.

FL. VALENTINIANVS TR. P. VI. VII. COS. III.

A.V.C.1184. Chrifti 431. *COSS. Anicius Baffus. Fl. Antiochus.*

Genfericus Africam reliquam vaftat, & in Catholicos fauit.

FL. VALENTINIANVS TR. P. VII. VIII. COS. III.

A.V.C.1185. Chrifti 432. *COSS. Fl. Aetius. Fl. Valerius.*

Bonifacius Romam redit, & Magifter Militum dicitur. Trigetius Bonifacij fucceffor Genferico refiftit.

Æ. D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.

BONIFACIVS ✻ { Quadriga Ceruorum, in qua Imp. dextra Lauream, finiftra Palmam.
✻ Quadriga Equorum, in qua Imp. fedet, vt fupra. *Conft. Chriftiana Tab. 21.*
✻ Quadriga Ceruorum, in qua Imp. radiatus, dextra Flagrum, & Lauream, finiftra Palmam. *ibidem.* }

✻ R. S. V. R. D. EN. I. Æ. In nexu, *Strada fol. 221.*

FL. VALENTINIANVS TR. P. VIII. IX. COS. III.

A.V.C.1186. Chrifti 433. *COSS. Theodofius Aug. XIV. Anic. Maximus.*

Gun-

Gundicarius Burgundionum Rex Belgicam incursat. Contra hunc Valentinianus Aetium mittit, qui Gundicarium è Belgica expellit.

PL. VALENTINIANVS TR. P. IX. X. COS. III.

COSS. *Fl. Aspar. Fl. Areobinda.* *A.V.C.1187. Christi 434.*

Trigetius Gensericum, & Aetius Gundicarium vexant, & Pacem petere cogunt.

PL. VALENTINIANVS TR. P. X. XI. COS. IIII.

COSS. *Theodosius Aug. XV. Pl. Valentinianus Aug. IV.* *A.V.C.1188. Christi 435.*

X. Valentiniani celebrata. Pax cum Genserico facta, eidem Numidia Hipponensi concessa. Fœdus cum Gundicario ab Aetio percussum.

Aur. D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.
⁕ VOT. X. MVLT. XX. RV. CON. OB. Imp. habitu Consulari sedens, dextra Globum, sinistra Sceptrum. *Const. Christian. Tab. 21.*

PL. VALENTINIANVS TR. P. XI. XII. COS. IV.

COSS. *Isidorus. Senator.* *A.V.C.1189. Christi 436.*

Theodoricus iterum Gallias vexat, Littorius contra eum missus Narbonem obsidione liberat.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XII. XIII. COS. IV.

COSS. *Fl. Aetius II. Fl. Sigeultes.* *A.V.C.1190. Christi 437.*

Littorius Aremoricos Rebelles vincit. Gothi in Auernos se inferunt, à Littorio Hunnorum auxilio cæduntur, Valentinianus Vxorem accipit Eudoxiam Theodosij. Aug. Filiam, & Theodosio Illyrici partem cedit.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XIII. XIV. COS. IV.

COSS. *Theodosius Aug. XVI. Acilius Glabrio Faustus.* *A.V.C.1191. Christi 438.*

Littorius cum Gothis rem prosperè gerit in Gallia: Piratæ Vandali Siciliam populantes, à Valentiniani Ducibus cohibentur, eorum Dux capitur, & occiditur.

Aur. D. N. FL. PLAC. *alij* PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGGG. CON. OB. { R. M. Figura Militaris stans, dextra Crucem eleuans, sinistra Globum cum Victoria Sertum tenente, dextro pede Serpentem capite humano conculcans.
R. V. Eodem Typo. }

PL. VALENTINIANVS TR. P. XIIII. XV. COS. IV.

COSS. *Theodosius Aug. XVII. Festus.* *A.V.C.1192. Christi 439.*

Littorius Tholosam obsidet, hinc Theodoricus Pacem petit, quæ eidem non conceditur à Littorio, pugnatur à Romanis infeliciter, Littoriusque capitur, Aetius in Gallias mittitur à Valentiniano, hinc Pax firmatur. Gensericus Carthaginem capit.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XV. XVI. COS. V.

COSS. *Pl. Valentinianus Aug. V. Fl. Anatolius.* *A.V.C.1193. Christi 440.*

Gensericus Siciliam vastat, sed à Sebastiano Duce Valentiniani in Africam reuocatur, mox per fraudem Sebastianum occidit.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XVI. XVII. COS. V.

COSS. *Fl. Cyrus Panopelites sine Collega.* *A.V.C.1194. Christi 441.*

Theodosius classem contra Gensericum mittit maiore terrore, quam clade, Gensericus Legatos ad Theodosium mittit Pacem petens, quam obtinet. Attila, & Belda Fratres Hunnorum Duces Istrum transeunt. Hinc Attila, Mæsiam, Belda, Thracias populantur, contra hos Ioannes, & Arnegisdus mittuntur à Theodosio.

PL. VALENTINIANVS TR. P. XVII. XVIII. COS. V.

COSS. *Fl. Dioscorus. Fl. Eudoxius.* *A.V.C.1195. Christi 442.*

Hunni Macedoniam, & Græciam vastant. Valentinianus Pacem Genserico concedit, obside eius Filio Honnorico accepto.

PL.

A.V.C. 1196. Christi 443. PL. VALENTINIANVS TR. P. XVIII. XIX. COS. V.

COSS. Fl. Anic. Maximus. Fl. Paternus.

Pax à Theodosio ab Attila mercatur, qui se vltra Istrum recipit.

A.V.C. 1197. Christi 444. PL. VALENTINIANVS TR. P. XIX. XX. COS. V.

COSS. Theodosius Aug. XVIII. Cecina Decius Albinus.

A.V.C. 1198. Christi 445. PL. VALENTINIANVS TR. P. XX. XXI. COS. VI.

COSS. Pl. Valentinianus Aug. VI. Fl. Nonnius.

Pl. Valentiniani XX. Roma celebrata.

A.V.C. 1199. Christi 446. PL. VALENTINIANVS TR. P. XXI. XXII. COS. VI.

COSS. Fl. Aetius III. Q. Aurel. Symmachus.

Attila Bellum minatur vtrique Imperio, hinc Aetius ex Gallia reuocatur, Picti, & Scoti Britanniam diripiuntur, & caduntur.

A.V.C. 1200. Christi 447. PL. VALENTINIANVS TR. P. XXII. XXIII. COS. VI.

COSS. Faltonius Probus Alypius. Fl. Ardaburius.

Attila Istrum transit, Citeriorem Daciam populatur. Anthemius Theod. Dux illi resistit, Pax à Theodosio, & Valentiniano ab Attila petita conceditur.

A.V.C. 1201. Christi 448. PL. VALENTINIANVS TR. P. XXIII. XXIV. COS. VI.

COSS. Rufius Pretextatus Postumian. Fl. Zeno.

Valentinianus mandat obseruari Codicem Theodosianum Anno superiori à Theodosio eidem transmissum: In Aremoricos Rebelles Bellum mouetur, sed Pax petentibus conceditur.

A.V.C. 1202. Christi 449. PL. VALENTINIANVS TR. P. XXIV. XXV. COS. VI.

COSS. Fl. Asturius. Fl. Protogenes.

Meroueus Francorum Rex sedes ad Axonam Amnem figit. Angli à Britannis in auxilium vocati Insulam subigunt.

A.V.C. 1203. Christi 450. PL. VALENTINIANVS TR. P. XXV. XXVI. COS. VII.

COSS. Pl. Valentinianus Aug. VII. Genadius Valer. Coruin. Annienus.

Theodosius Aug. moritur. Marcianus à Pulcheria eius Sorore desponsatur, & Imp. efficitur in Oriente: Attila bellum Galliæ denunciat, hinc Valentinianus cum Galliæ Regibus Fœdus iungit, Exercitum parat, cuius Ducem dicit Aetium.

A.V.C. 1204. Christi 451. PL. VALENTINIANVS TR. P. XXVI. XXVII. COS. VIII.

COSS. Marcianus Aug. Clod. Adelphius.

Attila in Gallias irrumpit ab Aetio, & Socijs vincitur in Campis Catalaunicis: Placidia Aug. Valentiniani Mater moritur.

Ar. D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG.
* VICTORIA AVG. R. M. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Const. Christ. Tab. 21.*

A.V.C. 1205. Christi 452. PL. VALENTINIANVS TR. P. XXVII. XXVIII. COS. VII.

COSS. Herculanus. Asporatius.

Attila in Italiam descendit, Venetiam, Liguriam, & Aemiliam vastat.

A.V.C. 1206. Christi 453. PL. VALENTINIANVS TR. P. XXVIII. XXIX. COS. VII.

COSS. Fl. Opilio. Fl. Vincomalus.

Attila à S. Leone Pontifice Valentiniani Oratore Pacem obtinet, & Danubio transmisso in Scythiam redit.

A.V.C. 1207. Christi 454. PL. VALENTINIANVS TR. P. XXIX. XXX. COS. VII.

COSS. Fl. Aetius. Fl. Studius.

Torismondus Gothorum Rex Bellum infert Valentiniano, qui eidem per Aetium resistit, & ad Pacem adigit. XXX. Valentiniani celebrata.

Aur. D. N. FL. PLAC. VALENTINIANVS P. F. AVG.
VOTIS XXX. MVLT. XXXX. CON. OB.
D. N. PLA. VALENTINIANVS P. F. AVG. Caput Valentiniani Corona Gemmata, Bustum cum Veste Palmata, dextra Globum, sinistra Crucem.
✱ VOT. XXX. MVLT. XXXX. CON. OB. Imp. stans, sinistra Sceptrum, dextram porrigit Figuræ semigenuflexæ, quæ aliquid eidem offert sinistra. *M. N.*

PL. VALENTINIANVS TR. P. XXX. COS. VIII.

COSS. Pl. Valentinian. Aug. VIII. Anthemius. *A.V.C. 1208. Christi 455.*

Petr. Maximi Vxorem vitiat. Valentinianus Aetium occidit, mox Petron. Maximi industria A. D. XIV. Kal. April. Pl. Valentinianus occiditur.

199

LICINIA EVDOXIA PL. VALENTINIANI AVG. VXOR.

Licinia Eudoxia, Theodosij Iunioris, ex Eudocia Filia, Constantinopoli nata anno Christi 422. Placidio Valentiniano quindennis nupsit, eoque occiso Anno Christi 455., & à Petronio Maximo Tyranno desponsata, cum ab eodem audisset prioris mariti cædis se conscium, & participem fuisse, quo tam acerbam iniuriam vlcisceretur Gensericum Vandalorum Regem in Italiam euocauit, cuius aduentu territus Maximus, dum fugam meditatur, à Romanis in frusta discerptus est eodem Anno. Capta triduo post à Genserico Vrbe, Eudoxia cum binis ex Pl. Valentiniano Filiabus in Africam deducta est, remissaque Constantinopolim cum altera Filia Placidia Anno Christi 462., vbi cum Eutychiana Hæresi infecta esset, à Iuuenale Constantinopolitano Patriarcha ad rectam Fidem conuersa Pietatis operibus vacauit.

Aur. LICINIA EVDOXIA P. F. AVG. Caput muliebre Corona radiata, in cuius medio Crux.
✱ SALVS REIPVBLICAE R. M. COM. OB. Figura radiata sedens, dextra Globum cum Cruce, sinistra Crucem longam. *Const. Christiana Tab. 22.*

200

IVSTA GRATA HONORIA PL. VALENTINIANI SOROR.

Constantij Aug., & Placidiæ Filia, cum ab Eugenio Procuratore suo stuprata concepisset, è Palatio à Fratre expulsa Constantinopoli Theodosio transmissa est Anno Christi 434., vbi exul clandestinè Attilam Hunnorum Regem spe suarum nuptiarum in Occidentem inuitauit; Is in Italiam admoto Exercitu, eo Pl. Valentinianum adegit, vt pro Pace impetranda Honoriam cum Regni Parte Attilæ promittere coactus sit, quod tamen morte Attilæ impletum non est, is enim dum nuptias cum Ildicone Puella formosissima celebrat, hausto largius mero, sanguinis vomitu extinguitur. Cæterum Honoriam AVGVSTAM appellatam, & Inscriptio Rauennensis, & Nummi testantur.

Aur. D. N. IVST. GRAT. HONORIA P. F. AVG.
✱ SALVS REIPVBLICAE. Christi Monogramma in Corona quercea, infra COM. OB. *Const. Christ. Tab. 22.*
✱ Crux in Laurea. *Ex Thesauro Lazaro Reuerendiss. Noris in addendis ad Historiam Pelagianam.*

201

ATTILA.

MVnzucci Hunnorum Regis Filius, Dacia Ripensi Paterno Regno non contentus cum Belda Fratre Daciam mediterraneam ab Ostro Gothis, & Gepidis processam inuadit. Tributarios facit Ardaricum Gepidorum, Valamirum, Theodemirum, & Videmirum Fratres Ostro Gothorum Reges, hinc & Pannonia potitur, & Orientem versus Illyrici, ad Meridiem, Græciæ, & Macedoniæ Vrbes ad portas vsque Constantinopolis depopulatus est, & Theodosium Iuniorem ad pacem 6M. auri libris, & tributo annuo librarum mille auri redimendam coegit, Belda Fratre sublato solus Regnum tenens Danubium transit, & Marcomannis, Quadis, Sueuibusq; subactis, ab Honoria Placidij Valentiniani Aug. Sorore eius Connubium ambiente in Italiam vocatus, Gallias ingressus Aurelianum obsidet, vbi ab Aetio Romanorum Duce, & à Theodorico VVisigothorum Rege repellitur, mox in Campis Cathalaunicis vincitur ab Aetio, sed reintegratis viribus in Italiam descendens Mediolanum, Papiam, cæterasque Insubriæ Vrbes vastat, Romam versus iter dirigens à S. Leone Papa circa Mantuam cohibetur, & precibus in Pannoniam reijcitur. Mox in Sangibanum Alannorum Regem mouens, ab eodem, & à Torismundo VVisigothorum Rege vincitur, & denuò in Pannoniam reijcitur, vbi Nuptijs, quas cum formosissima Puella contraxerat, nimio vino indulgens extinguitur A. V. C. 1207. Christi 454.

ATTILA *cum Fratre Belda Romanas Prouincias populari incipiunt.*

A.V.C. 1194. *Christi* 441. *COSS. Cyrus Panopelius sine Collega.*

Ar. ATEVLA, Caput Barbatum.
 ✶ VLATOS. Equus Capite erecto, supra quem S., & inter pedes Equi Pentagoni Figura, *M. N.*
Æ. ATILLA. Caput nudum.
 ✶ Leo gradiens. *Const. Christ. Tab. 22.*
 ATHIL. Caput.
 ✶ Equus. *Patin. Ind. fol. 35.*

202

FL. MARCIANVS.

THrax humili genere natus, sed militia clarus, singulari prudentia, & vitæ integritate omnibus notus. Pulcheriæ Theodosij Imp. Sororis studio, senex admodum, fit Imperator; cuius capiti diadema imposuit. Moderatus Princeps, & rebus agendis idoneus, si per senectam diutiùs viuere licuisset. Imminutum Orientis Imperium per 60. annos dilapsum, prudentia, & consilio reparauit: cum Parthis, & Vandalis Fœdus percussit. Attilæ minas compescuit, arma nunquam nisi prouocatus mouit; pacem, quoad fieri potuit, coluit; illud vsurpans, *dum in Pace esse possumus, arma non induamus*, Anno Imperij VI. mense VI. naturæ concessit, conspiratione Asparis, qui ei venenum dedisset perhibetur. Huius gener fuit Anthemius Imp.

FL. MARCIANVS *mortuo Theodosio Augusto Iuniore A. D. VIIII. Kal. Septembris Imperare iussus est à Pulcheria Theodosij Sorore, eum in Maritum accipiente.*

A.V.C. 1203. *Christi* 450. *COSS. Fl. Valentiniani. Aug. VII. Genadius Valerius Coruinus.*

Aur. D. N. MARCIANVS P. F. AVG.
 ✶ Nexus referens M. P. ✚ S. C. In Laurea, *Strada fol. 249.*

FL. MARCIANVS TR. P. I. II. COS.

A.V.C. 1204. *Christi* 451. *COSS. Marcianus Aug. Cl. Adelphius.*

Attila in Campis Catalaunicis vincitur.

Aur. D. N. *alij* FL. MARCIANVS AVG.
 VICTORIA AVGGG. S. CON. OB. Victoria dextra Crucem gestans.

D. N.

D. N. MARCIANVS P. F. AVG. Caput Galeatum, & in Galea Alæ, dextra Iaculum, ſiniſtra Scutum.
✲ VICTORIA AVGVSTORVM CON. OB. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Globum, ſupra quem Crux, ad latus Stella. *Num. Arſcot. Tab. 68. n. 13. 14.*

MARCIANVS TR. P. II. III. COS.

COSS. Herculanus Aſporatius. — *A.V.C. 1205. Chriſti 452.*

Attila Italiam vaſtat.

MARCIANVS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Fl. Opilio. Fl. Vincomalus. — *A.V.C. 1206. Chriſti 453.*

MARCIANVS TR. P. IV. V. COS.

COSS. Fl. Aetius. Fl. Studius. — *A.V.C. 1207. Chriſti 454.*

Thoriſmundus Gothorum Rex ab Aetio victus Pacem petit.

Æ. D. N. MARCIANVS P. F. AVG.
✲ L. SIOGIIIVINOIV. Dea Pax dextra elata cum Ramo, ſiniſtra Haſtam. *Hulſius.*

MARCIANVS TR. P. V. VI. COS.

COSS. Pl. Valentinianus VIII. Anthemius. — *A.V.C. 1208. Chriſti 455.*

Pl. Valentinianus occiditur. Roma à Vandalis diripitur.

MARCIANVS TR. P. VI. VII. COS.

COSS. Fl. Iohannes. Fl. Varari. — *A.V.C. 1209. Chriſti 456.*

Auitus occiſo Maximo Imperator dici vult in Occidente, ſed capitur, & Placentiæ Epiſcopus ordinatur.

MARCIANVS TR. P. VII. COS.

COSS. Fl. Conſtantinus. Fl. Rufus. — *A.V.C. 1210. Chriſti 457.*

Hoc anno VI. Kal. Martias Marcianus mortuus eſt.

203

AELIA PVLCHERIA.

THeodoſij Iunioris Soror Virgo honeſtiſſima, Fratre mortuo, eiuſdem conſilijs inſiſtens, Marcianum ad Imperium à Senatu Conſtantinopolitano eligi curat, mox eidem nubit, & AVGVSTA dicitur.

Ar. AEL. PVLCHERIA AVG.
✲ CON. OB. Crux in Laurea. *Conſt. Chriſt. Tab. 22.*
Æ. AEL. PVLCHERIA AVG. Caput Diademate ex vnionibus ornatum, cui in aere pendens manus, Lauream imponit.
✲ SALVS REIPVBLICAE CON. OB. Victoria ſedens Clypeo inſcribit Chriſti Monogramma. *Conſt. Chriſtiana Tab. 22.*

204

FL. ANICIVS PETRONIVS MAXIMVS.

PL. Valentinianus Imp. ſpreta Coniuge formoſiſſima in ſtupris, & adulterijs volutabatur, & Maximi etiam Vxorē attentarat, eius ſcilicet, qui Gratiano cæſo, Tyrannidem arripuit, & à Magno Theodoſio poſtea necatus eſt, ex

ex Filia nepotis. Vt insidias Valentiniano strueret, propterea quod is Vxorem eius stuprasset, Ætium apud eundem detulit; quo cæso, Regiam ingressus, Imperatorem interemit, & Coniugem eius Eudoxiam desponsauit. Hæc Gensericum Vandalum Lybia euocat: quo veniente, Maximus ne vno quidem Anno tyrannide potitus, tertio tyrannidis mense, ab Vrso Milite Romano, aut à Genserici Militibus, interemptus, & à Populo membratim discerptus, in Tiberim proiectus est.

FL. ANICIVS PETRONIVS MAXIMVS *occiso Fl. Valentiniano Occidentis Imperium inuadit A. D. XVI. Kal. April.*

A.V.C. 1208. Christi 455.

COSS. Fl. Valentinian. Aug. VIII. Anthemius.

Eudociam Fl. Valentiniani Vxorem desponsat, quæ Gensericum Vandalorum Regem in Italiam ad vindictam vocat, hinc Roma à Vandalis obsidetur, & à Militibus Romanis Maximus occiditur, & in Tyberim præcipitatur A. D. Prid. Id. Iunij.

Aur. ✱D. N. FL. ANICIVS MAXIMVS P. F. AVG. *Golzius.*

D. N. PETRONIVS MAXIMVS P. F. AVG.
✱ VICTORIA AVGGG. COM. OB. R. M. Imp. Draconem calcans, dextra Crucem, sinistra Globum cum Victoria. *Ex Const. Christ. Tab. 22. rest.*
D. N. AN. MAXIMVS P. F. AVG. Bustum galeatum, dextra Victoriolam cum Globo, sinistra Scutum, in quo Christi Monogramma.
✱ VIRTVS AVGVSTI CON. Victoria dextra Crucem, sinistra Palmam. *Strada fol. 222.*
PETRONIVS MAXIMVS.
✱ VICTORIA AVGGG. . . . *Scheda Sponniana, ex Cimelijs D. Abbatis de Camps.*

205

FL. MAECILIVS AVITVS.

VT Maximus ad Imperium peruenit ad Theodoricum Gothorum Regem Auitum Legatum misit, ad Fœdus, Pacemque sanciendam. Theodoricus Pacem dat ea lege, vt Auitus Augustalia sumat Insignia, quod facit Magno Galliæ plausu, & consensu. Firmatis in Gallia Rebus, occisoque Maximo Auitus in Italiam descendit Gothico præsidio munitus, vbique pacifice excipitur, præsertim a Senatu Romano, hinc Gothos in Patriam remittit, sed breui à S. P. Q. R. Vrbe deijcitur, post à Ricimere Patritio captus abdicare Imperio cogitur A. D. XVI. Kal. Iul., & Placentiæ Episcopus ordinatur.

M. MAECIL. AVITVS AVG. *Theodorico Auctore in Gallijs dicitur A. D. VI. Idus Iulias.*

A.V.C. 1208. Christi 455.

COSS. Placid. Valentinian. Aug. III. Anthemius.

Aur. ✱D. N. FL. MAECILLI. AVITVS P. F. AVG. *Golzius.*

D. N. AVITVS P. A. P. F. AVG.
✱ VICTORIA AVGGG. A. R. COM. OB. Imp. dextra Lauream, sinistra Globum cum Victoria sinistro pede Captiuum calcans. *Const. Christ. Tab. 22.*

D. N. AVITVS TR. P.

A.V.C. 1209. Christi 456.

COSS. Fl. Iohannes. Fl. Varari.

Auitus hoc anno A. D. VI. Id. Iul. abdicat Imperio, & Episcopus Placentiæ ordinatur.

206

FL. LEO.

GRæcanici sanguinis, factione Asparis Imp. factus, & Augustus creatus: cuius Filium cum inuitus Cæsarem creasset, postea cum Ardaburio, vt insidiatorum in se authores interfecit, Leonemque Nepotem ex Filia Ariadna,

na, & Zenone, successorem sibi esse voluit. Huius Imperij tempore Terræ motus grauissimus Antiochiæ, & incendium fœdissimum quatriduanum Byzantij, quo Ciuitas magna ex parte conflagrauit, & Italia fuit in motu perpetuo. Cum Orientale Imp. 17. annis rexisset, obijt V. C. 1227.

FL. LEO *mortuo Marciano in Oriente* AVG. *dicitur*, TR. P. *accepta ab Exercitu A. D. VII. Idus Febr.* *A.V.C.* 1210.

COSS. Fl. Constantinus. Fl. Rufus. *Christi* 457.

Leo, Maiorianum Occidenti Imperatorem dat.

Æ. LEO BAS. CONSTANS. Tria Capita cum Pectoribus.
BASIL. CONSTANZI. LEON. EN. . . .
BASIL. ROMEON. In medio Nummo.
LEON. BASILEVS ROM.
LEON. EN ΘHO BASILEVS ROMEON. In medio Nummo.

* SALVS REIPVBLICAE. Imp. dextra Labarum, sinistra Orbem tenens, Captiuum calcans. *Patin. Ind. fol.* 34.

FL. LEO TR. P. I. II. COS. *A.V.C.* 1211.

COSS. Leo Aug. Maiorianus Aug. *Christi* 458.

FL. LEO TR. P. II. III. COS. *A.V.C.* 1212.

COSS. Fl. Ricimer. Fl. Patricius. *Christi* 459.

LEO TR. P. III. IV. COS.

COSS. Magnus. Apollonius. *A.V.C* 1213. *Christi* 460.

LEO TR. P. IV. V. COS. *A.V.C.* 1214.

COSS. Seuerinus. Dagalaiphus. *Christi* 461.

Maiorianus Aug. à Ricimere extinguitur, & Seuerus AVG. *dicitur.*

LEO TR. P. V. VI. COS. II. *A.V.C.* 1215.

COSS. Leo Aug. II. Lib. Seuerus Aug. *Christi* 462.

Bellum Ostrogothicum muneribus, & stipendijs auertit, Leo Aug., & Theodimiri Regis Filium Theodoricum obsidem accipit.

Aur. D. N. LEO PERPET. AVG. Caput Vittatum, Pectore Trabeato, dextra Syngraphas, sinistra Crucem.
* VICTORIA AVGGG. T. H. C. O. B. Imp. habitu Consulari sedens, dextra Volumen, sinistra Crucem, ad latus duæ Stellulæ. *Const. Christian. Tab.* 23.

LEO TR. P. VI. VII. COS. II.

COSS. Decius Basilius Felix. Fl. Vibianus. *A.V.C.* 1216. *Christi* 463.

LEO *Zenoni Genero Patriciam confert dignitatem.*

LEO TR. P. VII. VIII. COS. II.

COSS. Fl. Rusticus. Fl. Anicius Olybrius. *A.V.C.* 1217. *Christi* 464.

Beorgor Alanorum Rex à Patricio Ricimere cum Exercitu apud Bergomum fusus.

LEO TR. P. VIII. IX. COS. II.

COSS. Fl. Herminericus. Fl. Basiliscus. *A.V.C.* 1218. *Christi* 465.

Constantinopolitanum incendium maximum, & Seueri Aug. mors.

LEO TR. P. IX. X. COS. III.

COSS. Leo Aug. III. Ti. Fabius Titianus. *A.V.C.* 1219. *Christi* 466.

LEO TR. P. X. XI. COS. III. *A.V.C.* 1220.

COSS. Fl. Pusæus. Fl. Iohannes. *Christi* 467.

Anthemio Occidentale Imperium à Leone defertur, & eiusdem Filio Marciano Filiam spondet. Classem maximam parat contra Gensericum.

Yyyyyy LEO

LEO TR. P. XI. XII. COS. III.

A.V.C.1221. COSS. *Anthemius Aug. II. sine Collega.*
Christi 468.

Tribus Classibus contra Gensericum per Duces Leonis pugnatur, Marcellini, & Heraclij vincunt, Basilisci verò vincitur, fugatur, & capitur.

Aur. D. NO. LEO. Leo manu Crucem tenens:
VICTORIA. Crux.
D. N. LEO PERPET. AVG.
✱ VICTORIA AVGVSTORVM CON. OB. Victoria alata stans, dextra expansa cum Laurea, sinistra cum Globo Crucigero. *Const. Christian. Tab.* 23.

LEO TR. P. XII. XIII. COS. III.

A.V.C.1222. COSS. *Fl. Marcianus. Fl. Zeno.*
Christi 469.

Reges OstroGothi Satagas in media Pannonia inuadunt. Dinzio Attila Filius illis occurrit, qui ab ijsdem vincitur, & interficitur.

LEO TR. P. XIII. XIV. COS. III.

A.V.C.1223. COSS. *Fl. Seuerus. Fl. Iordanes.*
Christi 470.

Gensericus Classem contra Basiliscum in Sicilia Stationem habentem educit, pugnatur, vincitur, & fugatur Gensericus.

Aur. D. N. LEO PERPET. AVG.
✱ VICTORIA AVGG. COM. OB. Victoria stans, dextra Crucem, ad sinistrum latus Stella. *M. N.*
✱ VICTORIA AVGGG. { COM. OB. Imp. dextra Crucem, sinistra Victoriolam, dextro pede Caput Draconis calcans. *Ex Const. Christiana Tab.* 23 *rest.*
✱ CON. OB. Victoria dextra Crucem gestans, ad latus Stellula. *Ex eadem restit.* }

LEO TR. P. XIV. XV. COS. IIII.

A.V.C.1224. COSS. *Leo Aug. IIII. Fl. Probianus.*
Christi 471.

Aspar, & Ardaburius eius Filius iam CAESAR *affectatæ Tyrannidis rei occiduntur.*

LEO TR. P. XV. XVI. COS. IV.

A.V.C.1225. COSS. *Fl. Festus. Fl. Marcianus.*
Christi 472.

Ricimer Pacem ab ANTHEMIO *petit, & obtinet, mox cum Exercitu Romam veniens, Vrbe capta eum capit, & necat.* OLYBRIVS *in Anthemij locum sufficitur, sed paulò post morbo extinguitur.* IVL. NEPOS *Cæsar declaratus ad Occidentale Imperium accipiendum se parat.*

LEO TR. P. XVI. XVII. COS. V.

A.V.C.1226. COSS. *Leo Aug. V. sine Collega.*
Christi 473.

GLYCERIVS *à Guindibario Patricio* AVG. *dicitur in Occidente.* LEO *Aug. Nepotem* LEONEM, *Cæsarem creat.*

Aur. D. N. N. LEO AVG. Capita Leonis Aui, & Leonis Nepotis se respicientia.
✱ VICTORIA AVGG. CON. OB. Victoria stans, dextra Crucem, sinistra Globum cum Victoria. *Hulsius.*

LEO TR. P. XVII. COS. V.

A.V.C.1227. COSS. *Leo Iun. Aug. sine Collega.*
Christi 474.

Hoc anno mense Ianuario moritur LEO *Senior Augustus,* LEONE *Nepote* AVGVSTO *renunciato.*

207

AELIA VERINA.

Leonis Imperatoris Vxor, quæ illi plures Fœminas peperit.

D. L.

Aur. D. N. AELIA VERINA. *Spanhem. fol.* 640.

AELIA VERINA AVG.
✱ CON. OB. Crux in Laurea. *Const. Christian. Tab.* 23.

208

FL. IVL. MAIORIANVS.

A Leone Augusto Magister Militum dictus in Italiam ad Occidentale Imperium suscipiendum mittitur, & Kal. April. A. V. C. 1210. Christi 457. AVG. dicitur ab Exercitu ad Columellas propè Rauennam. Campaniam à Vandalis tuetur; Classe comparata contra Gensericum, ad eundem habitu Legati accedit, eiusque viribus exploratis redit ad Classem, indè in Mauritaniam, mox in Africam cum Classe traijcit, Carthaginem obsidet, sed morbo detentus occasione rei benè gerendæ amissa, Rauennam redit. Audita Populatione Galliarum à Theodorico facta, contra eum mouens, Hostibus eiectis Pacem Gallijs reddidit, mox eandem à Genserico petitam concessit: Ludos Circenses cum Epulo Arelate dedit, cumq; Alanis bellum inferret in Gallijs ab ijsdem vltro reuocatur in Italiam, vbi à Ricimete per dispositos satellites comprensus, Imperio abdicare cogitur, & ad Hyram fluuium occiditur.

FL. IVL. MAIORIANVS *à Leone in Italiam mittitur ad Occidentale Imperium recipiendum* AVG. *dicitur ab Exercitu A. D. Kal. Aprilis.*

COSS. Constantius. Rufus. *A.V.C.* 1210 *Christi* 457

Maiorianus Classem parat, & Campania ora à Vandalis tuetur.

Aur. D. N. IVL. MAIORIANVS AVG.
✱ CON. OB. Crux in Laurea. *Const. Christian. Tab.* 23.
D. N. IVL. MAIORIANVS P. F. AVG.
Christi Monogramma in medio Laureæ, infra quam CON. OB.

Ar. D. N. IVLIVS MAIORIANVS P. F. AVG.
✱ VOTIS MVLTIS. Miles stans dextra Hastam, sinistra Scutum. *Const. Christian. Tab.* 23.

MAIORIANVS TR. P. I. II. COS.

COSS. Leo Augustus. Maiorianus Aug. *A.V.C.* 1211. *Christi* 458.

Classem contra Vandalos in Africam ducit, Carthaginem obsidet, sed morbo correptus Rauennam redit.

MAIORIANVS TR. P. II. III. COS.

COSS. Fl. Ricimer. Fl. Patricius. *A.V.C.* 1212. *Christi* 459.

Theodoricus Gothorum Rex Gallias vexat, & plura oppida capit.

MAIORIANVS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Magnus. Apollonius. *A.V.C.* 1213 *Christi* 460.

Theodoricum Visigothorum Regem vincit, & ab vsurpatis Imp. Romano terris expulit Maiorianus, & Pacem cum Genserico facit.

Aur. D. N. IVLIVS MAIORIANVS P. F. AVG. Capite Galeato Hastam tenens, & Peltam, in qua Christi Monogramma.

VICTORIA AVGGG. COM. OB. {
A. K. Figura Militaris stans, dextra Labarum cum Cruce, sinistra Globum cum Victoria.
RV. Eodem Typo.
N. D. Eodem Typo.
AR. Eodem Typo.
Figura vt superior insistens Serpenti.

Æ. D. N. IVL. MAIORIANVS P. F. AVG.
✱ VICTORIA AVGGG. {
CON. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *Const. Christiana Tab.* 23.
✱ P. V. Eodem Typo. *ibidem.*

VIRTVS AVGG. Victoria gradiens. *Patin. Ind. fol.* 34.

MAIO-

MAIORIANVS TR. P. IV. V. COS.

A.V.C.1214. Christi 461. *COSS. Fl. Seuerinus. Fl. Dagalaiphus.*

Bellum Alanis infert Maiorianus, Alani Italiæ minantur, Maiorianus in Italiam redit, vbi à Ricimete Patricio ad Hyram Fluuium necatur A. D. VIII. Id. Aug.

209

FL. LIBIVS SEVERVS.

AD Rauennam Imp. factus, & Augustus salutatus, Imp. arripuit: qui superato Biorgo Rege Alanorum, lauream meruit, quarto Imperij anno nundum impleto occubuit, vel, vt alij, Romæ veneno obijt.

FL. LIBIVS SEVERVS *à Ricimete, & Exercitu* AVG. *dicitur A. D. XIII. Kal. Septembris.*

A.V.C.1214. Christi 461. *COSS. Fl. Seuerinus. Fl. Dagalaiphus.*

Genserico Vandalorum Regi Insulas Africæ obiectas incursanti, acriter resistit Seuerus.

Aur. D. N. LIBIVS SEVERVS P. F. AVG.
SALVS REIPVBLICAE CON. OB. Christi Monogramma in Corona Laurea.
✻ VICTORIA AVGGG. { R. A. Imp. stans, dextra Crucem, sinistra Globum, dextro pede calcans Draconem. *Strada fol. 224.*
✻ { R. V. Eodem Typo. *Const. Christiana Tab. 23.*
CON. OB. R. M. Victoria Crucem, aut Labarum tenens.

Ar. D. N. LIBIVS SEVERVS AVG.
✻ Christi Monogramma in Laurea, infrà R. M. *Const. Christ. Tab. 23.*

SEVERVS IMP. ANNO II. COS.

A.V.C.1215. Christi 462. *COSS. Leo Aug. II. Libius Seuerus Aug.*

Gensericus iterum Insulas diuexat, sed à Ricimete comprimitur. Bellum in Gallia contra Theodoricum, qui Narbona defectione Rauennij Seueri Comitis potitur.

SEVERVS IMP. ANNO III. COS.

A.V.C.1216. Christi 463. *COSS. Decius Basilius Felix. Fl. Vibianus.*

Seuerus Romam lustrat. Theodorico, & Genserico per Duces resistit acerrimè.

SEVERVS IMP. ANNO IV.

A.V.C.1217. Christi 464. *COSS. Fl. Rusticus. Fl. Anicius Olybrius.*

Begor Alanorum Rex superatis Alpibus in Liguriam descendit, & à Ricimete Bergomi vincitur, & occiditur.

Aur. D. N. SEVERVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGGG. COM. OB. Victoria stans, dextra Crucem. *Const. Christ. Tab. 22.*
D. N. LIB. SEVERVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGGG. COM. OB. R. M. Imp. stans, dextra Crucem, sinistra Victoriolam, dextro pede Caput Serpentis calcans. *M. N.*
D. N. SEVIRVS P. P. AG.
✻ VICTORIA AVGGG. CON. OB. Victoria stans dextra Crucem. *M. N.*

A.V.C.1218. Christi 465. SEVERVS IMP. ANN. IV. *nundum exacto morbo extinguitur.*

COSS. Fl. Herminericus. Fl. Basiliscus.

FL.

210

FL. ANTHEMIVS.

Gener Marciani Imp., opibus, & genere Magnus, à Marciano ad Occidentale Imp. suscipiendum missus, cum sex annis regnasset, à Genero suo Ricimere ad Pontem Ælium victus, & gladio transfossus est, V. C. 1225. Christi 472.

FL. IVL. ANTHEMIVS *Consularis ab Imperatore Leone ad Imperium Occidentale capescendum mittitur, & AVG. ab Exercitu occurrente dicitur.* — *A.V.C. 1220. Christi 467.*

COSS. Fl. Pusaeus. Fl. Iohannes.

Ricimeri Patricio Filiam collocat Anthemius Aug., Marcianoque eiusdem Filio Leo Augustus Leontiam Filiam.

Aur. D. N. ANTHEMIVS P. F. AVG. Bustum galeatum, dextra Hastam, sinistra Scutum.
SALVS REIPVBLICAE CON. OB. { Duæ Figuræ Militares stantes, tenentes Globum crucigerum cum literis M. D. | Alius habet Christi Monogramma. }

D. N. ANTHEMIVS V. C.
✻ COM. OB. Crux in Laurea. *M. N.*

Æ. D. N. ANTHEMIVS P. F. AVG.
✻ SALVS REIPVBLICAE N. D. COM. OB. Duæ Figuræ Militares cum Spiculo stantes Globum crucigerum tenentes. *Const. Christiana Tab. 23.*

ANTHEMIVS IMPERII ANNO II. COS. II.

COSS. Anthemius Aug. II. sine Collega. — *A.V.C. 1221. Christi 468.*

Aur. D. N. ANTHEMIVS PERPET. AVG.
✻ SALVS REIPVBLICAE COM. OB. Duo Impp. Globum crucigerum sustinentes, alter dextra, alter sinistra Hastam tenet. *Musei Moscardi.*

ANTHEMIVS IMPERII ANNO III. COS. II.

COSS. Fl. Marcianus. Fl. Zeno. — *A.V.C. 1222. Christi 469.*

Anthemius Aruandum maiestatis reum damnat.

Aur. D. N. ANTHEMIVS P. F. AVG.
✻ Christi Monogramma in Laurea, infra CON. OB. *Const. Christ. Tab. 23.*

ANTHEMIVS IMPERII ANNO IV. COS. II.

COSS. Fl. Seuerus. Fl. Iordanes. — *A.V.C. 1223. Christi 470.*

Romanus maiestatis Reus capite plectitur. Euricus Gothorum Rex Romanas Prouincias vastat, sed à Maioriano ad Pacem, & Fœdus adigitur, Basiliscus Genserici Classem vincit.

ANTHEMIVS IMPERII ANNO V. COS. II.

COSS. Leo Aug. IV. Fl. Probianus. — *A.V.C. 1224. Christi 471.*

Inter Anthemium Aug., & Ricimerem Patricium, inimicitia oritur.

ANTHEMIVS IMPERII ANNO VI. COS. II.

COSS. Fl. Festus. Fl. Marcianus. — *A.V.C. 1225. Christi 472.*

Ricimer per Epiphanium Ticinensem Episcopum Pacem ab Anthemio accipit, sed ea neglecta, Romam obsidet, Bilimetem Gothorum Regem opem Anthemio ferentem vincit, Vrbem capit, & Anthemium necat, A. D. V. Id. Iun.

Aur. D. N. ANTHEMIVS P. F. AVG.

✱ SALVS REIPVBLICAE. ✱ { Duæ Figuræ Militares Paludatæ tenentes Clypeum, in quo PAX. *Ex Notis D. Mayer.* / CON. OB. Duæ Figuræ Militares Paludatæ stantes, dextras iungentes, quæ à sinistris est, sinistra Globum cum Victoria tenet, in ære pendet Laurea, supra quam Crux, in Laurea verò PAX. *Ex Const. Christ. Tab. 23.* }

Vt inimicitiæ inter Augustum, & Ricimerem Reipublicæ excidium minabantur, sic eorundem Pace salutem Reipublicæ augurabantur Romani, quod & testatum voluere superioribus Nummis.

FL. OLYBRIVS.

PLacidiæ Pl. Valentiniani, & Eudoxiæ Filiæ, Maritus, in Occidente post occisum à Ricimere Patricio Anthemium Augustum, Imperator efficitur, & AVG. dicitur, quartoque Imperij mense decedit.

FL. OLYBRIVS *Consularis* AVG. *dicitur A. D.V. Id. Iunij.*

A.V.C. 1225. Christi 472. *COSS. Fl. Festus. Fl. Marcianus.*

Eodem anno A. D. X. Kal. Nouembris moritur.

Aur. D. N. ANICIVS OLYBRIVS AVG.
✱ COM. OB. Crux in Laurea. *M. N*
D. N. ANICIVS OLIBRIVS AVG. Protome Olybrij cum Camelautio crucigero.
✱ SALVS MVNDI. Crux in medio Nummo, infra CON. OB. *Ex Aureo D. Vaillant. Const. Christiana fol. 78.*

211

FL. GLYCERIVS.

SEnator Romanus inuitus ab Exercitu Imp. salutatur, Vindemirum Ostrogothorum Principem in Italiam venientem, donis arcet, & vix Anno emenso à Iulo Nepote Regno expulsus, & Præsul apud Salonas Dalmatiarum Vrbem ordinatus est.

FL. GLYCERIVS AVG. *ab Exercitu post* OLYBRIVM *dicitur in Occidente A. D. III. Non. Maij.*

A.V.C. 1226. Christi 473. *COSS. Leo Aug. Senior sine Collega.*

Vindemirum Ostrogothorum Regem, Italiæ minantem donis in Gallias diuertit.

Aur. D. N. GLYCERIVS P. F. AVG.
CON. OB. In Laurea.
✱ CON. OB. Crux in Laurea. *Const. Christ. Tab. 23.*
✱ VICTORIA AVGGG. { ✱ Victoria gradiens. *Spanhem. fol. 602.* / R. V. COM. OB. Imp. Draconem conculcans, vt in superioribus Augustis. *Thes. Theupol.* }

GLYCERIVS *à Iulio Nepote Aug. capitur, & Salonæ in Dalmatia Episcopus ordinatur Imperio abdicare coactus A. D. VIII. Kal. Iul.*

A.V.C. 1227. Christi 474. *COSS. Leo Iun. Aug. sine Collega.*

212

FL. LEO IVNIOR.

AB Auo Testamento Imp. relictus, vix anno Imperij præfuit, quod tamen licet iuuenis, accuratè administrauit, morum non Bellici studiosus. Cum esset valetudinarius Zenoni Patri nouo pietatis exemplo, manibus suis Dia-

Diadema imposuit, Patremque pro se deinceps Regnare iussit, ipseque Nouembri sequente annos natus XVII. morbo sublatus est.

FL. LEO IVNIOR *ab Auo Leone Seniore* COS. *fit, & AVG. dicitur mense Ianuario.*

COSS. Leo Iun. Aug. sine Collega. *A.V.C.1227. Christi 474.*

Eodem anno A. D. . . . . Nouembris moritur.

Aur. D. N. FL. LEO IVN. PERPET. AVG.

D. N. LEO, ET ZENO PP. AVG.
* VICTORIA AVGVSTORVM CON. OB. Victoria expansis manibus Globum crucigerum sinistra tenens, dextra Lauream, ad latus Stella. *Const. Christ. Tab.* 23.

Æ. D. N. LEO PERPET. AVG. Bustum galeatum, dextra Lauream, sinistra Scutum.
* VICTORIA AVGG. E. Θ. CON. OB. Victoria stans, dextra Crucem. *Strada fol.* 252.

213

FL. ZENO ISAVRICVS.

EX Isauria Ciliciæ, genere obscurissimo, à Leone F. Coronatus, & Imp. factus: Homo facie turpissima, ingenio longè deteriore, qui non vt Augustus, sed vt Tyrannus Imperauit, iuuante ad id Canone Fratre. Vir incompositus, dissolutus, intemperans, & corruptus. Theodoricum Ostrogothorum Regem Cos. factum contra Odoacrem in Italiam misit: pulsus à Basilisco, in Isauriam cum Vxore secessit, priuatam instituens vitam. Reuocatus magno Ciuium fauore propter Basilisci Tyrannnidem Regnum repetijt. Basiliscum cum Filio in Cappadociam relegauit, Ilcum, & Leontium, qui Orientem inuaserant captos interfecit, & cum 17. annis imperio præfuisset miserabili morte obijt fraude Vxoris. Sub eo grauissimum Byzantij incendium extitit, in quo 12000. librorum conflagrarunt. *Nicephorus lib.* 16.

FL. ZENO ISAVRICVS *à Leone Iuniore Aug. Filio,* AVG. *dicitur mense Februario.*

COSS. Leo Iun. Aug. sine Collega. *A.V.C.1227. Christi 474.*

Aur. ZENO PERP. P. F. AVG.
* CON. OB. Crux in Laurea. *Strada fol.* 253.
D. N. ZENO PERP. AVG.
CON. OB. Crux in Laurea.
D. N. ZENO, ET LEON. OV. CAES. Imp. Protome cum Camelaucio, dextra Spiculum, ad humerum sinistrum Clypeus, cui insculptus est Eques Captiuum prosternens.
* VICTORIA AVGGG. CON. OB. Victoria stans dextra Crucem. *Const. Christ. Tab.* 24.

Ar. D. N. ZENO, ET LEON. OV. CAES. Imp. Protome, vt in superiori Aureo.
* Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Palmam. *ibidem.*
* Aquila Ramo insistens.

ZENO IMPERII AN. II. COS. II.

COSS. Zeno Aug. II. sine Collega. *A.V.C.1228. Christi 475.*

Basiliscus rebellat à Zenone, qui ad Isauros fugit. Hinc Basiliscus AVG. *dicitur, & Marcum Filium Cæsarem appellat.*

Ar. D. N. ZENO PERP. AVG.
* M. D. Figura radiata instans Proræ Nauis, dextra Hastam, sinistra Pharetram. *M. N.*

ZENO IMP. AN. III. COS. II.

COSS. Basiliscus Aug. II. Armatus. *A.V.C.1229. Christi 476.*

Basiliscus à Zenone capitur, & trucidatur. Odoacer Erulorum Rex Momyllum Augustulum abdicare Imperio cogit, & Rex Italiæ dici vult.

Aur. D. N. ZENO PERP. AVG. In aliquibus Caput cum Busto, dextra Iaculum.
VICTORIA AVGG. { CON. OB. Victoria stans, dextra Crucem.
* { F. CON. OB. Eodem Typo. *Const. Christian. Tab.* 24.
VICTORIA AVGGG. COM. OB. { R. V. Vt superior.
{ A. P. Eodem Typo, cum Stella. *Const. Christian. Tab.* 24.
* VICTORIA AVGGG. I. CON. OB. Victoria alata Corona radiata, dextra Crucem tenens. *Hulsius.*
VICTORIA AVGVSTORVM COM. OB. Victoria stans, dextra Lauream, sinistra Victoriolam.

D. N.

Æ. D. N. ZENO SEMPER AVG.
VICTORIA. Dextra Sertum. . . . .
. . . .
✻ VICTORIA ROMA, Victoria gradiens. *Patin. Ind. fol.* 34.

ZENO IMP. AN. IV. COS. II.

*A.V.C.*1230. *Christi* 477. *I. Post Consulat. Basilisci Aug. II. & Armati.*

Terra motus ingens Constantinopoli per quadraginta dies.

Ar. D. N. ZENO PERP. AVG. . . . . .
CON. OB. Crux in Laurea.
D. N. ZENO PERP. N. C.
✻ Aquila expansis alis Ramo insidens, supra cuius caput Crux. *M. N.*

ZENO IMP. AN. V. COS. II.

*A.V.C.*1231. *Christi* 478. *COSS. Fl. Hillus sine Collega.*

ZENO IMP. AN. VI. COS. III.

*A.V.C.*1232. *Christi* 479. *COSS. Fl. Zeno Aug. III. sine Collega.*

ZENO IMP. AN. VII. COS. III.

A.V.C. 1233. *Christi* 480. *COSS. Fl. Basiliscus Iun. sine Collega.*

ZENO IMP. AN. VIII. COS. III.

*A.V.C.*1234. *Christi* 481. *COSS. Fl. Placidus sine Collega.*

ZENO IMP. AN. IX. COS. III.

*A.V.C.*1235. *Christi* 482. *COSS. Fl. Seuerinus. Fl. Trocondus.*

ZENO IMP. AN. X. COS. III.

*A.V.C.*1236. *Christi* 483. *COSS. Anicius Faustus sine Collega.*

Theodoricum Amalum Ostrogothorum Regem colit Leo, & Cos. designat.

ZENO IMP. AN. XI. COS. III.

*A.V.C.*1237. *Christi* 484. *COSS. Theodoricus Amalus Gothorum Rex. Fl. Venantius Decius.*

ZENO IMP. AN. XII. COS. III.

*A.V.C.*1238. *Christi* 485. *COSS. Q. Aurel. Symmachus sine Collega.*

ZENO IMP. AN. XIII. COS. III.

*A.V.C.*1239. *Christi* 486. *COSS. Cacina Maurus Decius. Fl. Longinus.*

ZENO IMP. AN. XIIII. COS. III.

*A.V.C.*1240. *Christi* 487. *COSS. Seuerinus Boethius sine Collega.*

Theodoricus Amalus Pace fracta, predas agit in Romanis Prouincijs.

ZENO IMP. AN. XV. COS. III.

*A.V.C.*1241. *Christi* 488. *COSS. Aedesius Dynamius. Fl. Sifidius.*

Theodoricus à Zenone accitus Constantinopolim venit, & ab Augusto Italiam obtinet.

ZENO IMP. AN. XVI. COS. III.

*A.V.C.*1242. *Christi* 489. *COSS. Anicius Probinus. Eusebius Chronio.*

Theodoricus à Transilla Gepidarum, & Buta Bulgarorum Regibus petitur, cum illis pugnat, & vincit.

ZENO IMP. AN. XVII. COS. III.

COSS. Auienus Faustus Iun. Fl. Longinus.

*A.V.C.*1243. *Christi* 490. *Theodoricus in Italiam cum vniuersa Ostrogothorum Gente descendit.*

ZENO IMP. AN. XVIII. COS. III.

COSS. Fl. Olybrius Iun. sine Collega. *A.V.C.1244. Christi 491.*

Hoc anno A. D. VIII. Id. Aprilis Zeno Aug. mortuus est.

214

FL. IVL. NEPOS.

A Zenone Imperatore Anthemio suffectus, cum diù Constantinopoli detineretur, Glycerium abdicare cogit, eique Imperium Occidentis inuadit Glycerius. Eonuncio audito in Italiam cum Exercitu veniens Regno priuato successit, sed Augustulo Imp. electo in Dalmatiam fugit, Imperio spoliatus Salonis, post quinquennium vitæ priuatæ, cæsus est.

FL. IVL. NEPOS, *deposito Glycerio,* AVG. *dicitur Romæ A. D. VIII. Kal. Iul.*

COSS. Leo Iun. Aug. sine Collega. *A.V.C.1227. Christi 474.*

Ab Euarico Gothorum Rege, per S. Epiphanium Papiæ Episcopum Pacem obtinet.

Aur. D. N. IVL. NEPOS P. F. Aug., *alij* FL., *alij* PERP. P. F. AVG.
CON. OB. Corona Laurea, in qua Crux.
* VRBS ROMA. Roma galeata sedens, dextra Hastam, sinistra Victoriolam. *Strada fol. 227.*
Ar. D. N. IVL. NEPOS P. F. AVG.
* VOT. V. MVLT. X. In Laurea. *Const. Christ. Tab. 23.*

IVL. NEPOS IMPERII ANNO II.

COSS. Zeno Aug. II. sine Collega. *A.V.C.1228. Christi 475.*

Hoc anno A. D. V. Kal. Septembris in Dalmatiam ab Oreste Patritio fugatur Iul. Nepos, qui ibidem, post quinquennium vita priuata, caditur.

Aur. D. N. IVL. NEPOS P. F. AVG. *alij* PERP. P. F. AVG.
VICTORIA AVGGG. COM. OB. * { M. V. Victoria Crucem tenens.
R. V. Victoria Crucem tenens, ad latus Stella; *Const. Christian. Tab. 23.*
* LV. D. Eodem Typo. *ibidem.*

215

FL. BASILISCVS.

REX declaratus à Berina Sorore, Zenone Calchedone degente. Hic Vxorem suam Zenonidam Augustam Corona decorauit, & Marcum F. Cæsarem facit, sed populo inuisus à Zenone captus, in Cappadociam relegatus, cum Filio fame, & frigore consumptus est Lemnis, vel Acusi. *Niceph.*

FL. BASILISCVS *Consularis, fugato in Isauriam Zenone* AVG. *dicitur Constantinopoli Imperium occupans.*

COSS. Zeno Aug. II. sine Collega. *A.V.C.1228. Christi 475.*

Basiliscus Marcum Filium Cæsarem appellat.

Aur. D. N. BASILISCVS P. F. AVG. *alij* FL., & PERP.
* VICTORIA AVGGG. CON. OB. Victoria stans, dextra Crucem cum Stella.
D. N. BASILISCVS PRET. AVG.
* VICTORIA AVGGG. CON. OB. Victoria cũ longiori Cruce, & Stella. *Const. Christ. Tab. 24*

BASILISCVS IMPERII AN. II. COS. II.

A.V.C 1229.
Chriſti 476.

COSS. *Baſiliſcus Aug. II. Armatus.*

Aur. D. N. BASILISCVS, ET MARC. P. F. AVG.
✲ VICTORIA AVGGG. CON. OB. Victoria cũ longiori Cruce,& Stella. *Conſt. Chriſt. Tab.* 24.

BASILISCVS IMPERII ANNO II. COS. II.

A.V.C. 1230.
Chriſti 477.

I. Poſt Conſulat. Baſiliſci Aug. II., & Armati.

Hoc anno à Zenone fugatur, capitur, & occiditur Baſiliſcus poſt viginti menſium Imperium.

Aur. D. N. BASILISCVS PERP. AVG.
✲ CON. OB. Crux in Laurea. *M. N.*

216

FL. MOMYLLIVS AVGVSTVLVS.

PVer admodum Rauennatum ſtudio, & militari fauore fretus à Patre Oreſte fit Imper. ſed Oreſtes ab Odoacre Gothorum Rege ſuperatus, ac Placentiæ interfectus eſt. Filius metu purpuram abijciens cum vix decem menſibus Remp. tenuiſſet, exilio damnatus eſt anno V. C. 1229.

FL. MOMYLLIVS AVGVSTVLVS *Oreſtis Patricij Filius* IMP., *&* AVGVSTVS *in Occidente dicitur, fugato in Dalmatiam Iul. Nepote A. D. V. Kal. Septembris.*

A.V.C. 1228.
Chriſti 475.

COSS. *Zeno Aug. II. ſine Collega.*

Aur. ✲ D. N. AVGVSTVLVS PERP. P. F. AVG. *Golzius.*

✲ D. N. FL. MOMYL. AVGVSTVS P. F. AVG. *ibidem.*

D. N. MOMVLVS AVGVSTVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGGG. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem tenens.
D. N. MOMVLVS AVGVSTVS P. F. AVG.
✲ VICTORIA AVGGG. CON. OB. Victoria alata ſeminuda, dextra Crucem tenens, *Conſtant. Chriſtian. Tab.* 24.
. . . . . . L. AVGVSTVS P. F. AVG.
✲ R. V. Figura Militaris galeata, dextra Haſtam, ſiniſtra Cornucopiæ. *ibidem.*
D. N. MOMVLVS AVGVSTVL. P. F. AVG.
✲ CON. OB. Crux in Laurea. *M. N.*
VICTORIA AVGG. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem tenens.

MOMYLLVS AVGVSTVLVS IMPERII ANNO I.

A.V.C. 1229.
Chriſti 476.

COSS. *Baſiliſcus Aug. II. Armatus.*

Hoc anno MOMYLLVS AVGVSTVLVS *ab Odoacre Rege abdicare Imperio cogitur, & ad vitam priuatam redit, poſtquam menſes nouem dies* 24. *Imperaſſet.*

217

FL. ANASTASIVS DICORVS.

MAgno conſenſu, & Ariadnes ſtudio Imperator factus, donatiuum militibus dedit, Nuptiarum die tributum Chryſargyrum omnibus remiſit. Iſauros ſuperauit, cum Parthis decertauit; contra Vitalianum ad Aquilonem Bellum geſſit, cum Agarenis pacem fecit, eos qui Imperium ſibi vſurparunt ſupplicio affecit, Chriſtianæ Religionis

gionis primum ſtudioſus, indè incidit in hæreſim Eutychianam, Orthodoxis multam inferens iniuriam, ſed diuinam meruit vltionem, nam cum aliquando tonitrua horrendum in modum creparent in Cœnaculum tonitus fugiebatur, & tandem, in quodam cubiculo fulmine, vt ferebatur ictus, mortuus inuentus eſt, anno ætatis 58.

FL. ANASTASIVS DICORVS *mortuo Zenone* AVG. *dicitur in Oriente A. D. VIII. Id. Aprilis*.

COSS. Fl. Olybr. Iun. ſine Collega. *A.V.C.1244. Chriſti 491.*

Aur. D. N. ANASTASIVS P. F. AVG.
✱ VICTORIA AVGGG. A. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem, ad latus Stella. *M. N.*
D. N. ANASTASIVS PP. AVG.
✱ VICTORIA AVGGG. A. CON. OB. Victoria ſtans, vt ſuperior. *Conſt. Chriſt. Tab. 25.*
D. N. ANASTASIVS PERP. AVG.
VICTORIA AVGGG. CON. OB. Figura ſtans, dextra Crucem, à tergo Stella.
VICTORIA AVGGG. I. Eodem Typo.
D. N. ANASTASIVS P. F. AVG.
✱ Chriſti Monogramma cum duabus Stellis in Laurea. *Num. Arſcot. Tab. 68. n. 19. 20.*
D. N. ANASTASIVS.
✱ Stella in Laurea. *Hulſius.*
Ar. ✱ D. N. ANASTASIVS AVG. *in alio* P. F. AVG. *Conſt. Chriſt. Tab. 25.*
✱ Stella in Laurea. *M. N.*
✱ Monogramma, in quo R· D· S. D. in Laurea. *M. N.*
✱ INVICTA ROMA. Circum Monogramma, in quo R· D· S. C., Supra Crux. *M. N.*
Æ. D. N. ANASTASIVS P. F. AVG.
✱ ✱ M ✱
CON. Subtus A. In medio nummo. *Strada fol. 257.*

ANASTASIVS TR. P. I. II. COS.

COSS. Anaſtaſius Aug. Fl. Rufinus. *A.V.C.1245. Chriſti 492.*

Æ. D. N. ANASTASIVS P. P. AVG.
✱ ✱ M ✱
CON. Subtus B. *Conſt. Chriſt. Tab. 25.*

ANASTASIVS TR. P. II. III. COS.

COSS. Decius Albinus. Euſebius Chronio II. *A.V.C.1246. Chriſti 493.*

Aur. D. N. ANASTASIVS P. P. AVG.
VICTORIA AVGGG. Γ. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem geſtans.
VICTORIA AVGVSTORVM CON. OB. Victoria dextra Lauream, ſiniſtra Crucem.

ANASTASIVS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Turcius Aſterius. Fl. Praeſidius. *A.V.C.1247. Chriſti 494.*

Æ. D. N. ANASTASIVS PERP. AVG.
✱ ✱ M ✱
CON. In medio Nummo.
D. N. ANASTASIVS P. P. AVG.
✱ ✱ M ✱
CON. In medio Nummo. *M. N.*

ANASTASIVS TR. P. IV. V. COS.

COSS. Fl. Viator. Fl. Aemilius. *A.V.C.1248. Chriſti 495.*

Æ. D. N. ANASTASIVS P. P. AVG.
✱ ✱ M ✱ Subtus E. In medio Nummo. *Conſt. Chriſt. Tab. 25.* ✱ M ✱ NIC. *ibidem.* N † I K *ibidem.*

ANAS-

ANASTASIVS TR. P. V. VI. COS.

A.V.C.1249. Christi 496. COSS. *Fl. Paullus sine Collega.*

ANASTASIVS TR. P. VI. VII. COS. II.

A.V.C.1250. Christi 497. COSS. *Anastasius Aug. II. sine Collega.*

ANASTASIVS TR. P. VII. VIII. COS. II.

A.V.C.1251. Christi 498. COSS. *Decius Paullinus. Io. Scytha.*

ANASTASIVS TR. P. VIII. IX. COS. II.

A.V.C.1252. Christi 499. COSS. *Io. Gibbus. Fl. Asclepius.*

ANASTASIVS TR. P. IX. X. COS. II.

A.V.C.1253. Christi 500. COSS. *Fl. Patricius. Fl. Hypatius.*

ANASTASIVS TR. P. X. XI. COS. II.

A.V.C.1254. Christi 501. COSS. *Faustus Auenius Senior. Fl. Pompeius.*

ANASTASIVS TR. P. XI. XII. COS. II.

A.V.C.1255. Christi 502. COSS. *Faustus Auenius Iun. Fl. Probus.*

Anastasius cum Cabade Persarum Rege bellatur. Hinc Bulgari Illyricum, & Masiam populantur.

ANASTASIVS TR. P. XII. XIII. COS. II.

A.V.C.1256. Christi 503. COSS. *Fl. Dexecratus. Fl. Volusianus.*

Bulgari in Pannoniam descendunt, contra quos Theodoricus Italiæ Rex mouet.

ANASTASIVS TR. P. XIII. XIV. COS. II.

A.V.C.1257. Christi 504. COSS. *Fl. Cetheus sine Collega.*

Petza Theodorici Dux Bulgaros vincit, & Pannonia Sirmiensi expellit. Anastasius bellum in Perside gerit.

Aur. D. N. ANASTASIVS P. F. AVG. *alius* PERP. P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. O. R. A. COM. OS.
AVGVSTORVM . . CON. OB.
CON. OB. Victoria dextra Crucem gestans.

ANASTASIVS TR. P. XIV. XV. COS. II.

A.V.C.1258. Christi 505. COSS. *Fl. Manlius Theodorus. Fl. Sabinianus.*

ANASTASIVS TR. P. XV. XVI. COS. II.

A.V.C.1259. Christi 506. COSS. *Fl. Messala. Fl. Areobinda.*

ANASTASIVS TR. P. XVI. XVII. COS. III.

A.V.C.1260. Christi 507. COSS. *Anastasius Aug. III. Venantius Decius.*

Anastasius ex Mesopotamia vbi bella cum Persis gerebat, Codicillos de Consulatu, & dona eximia ad Cloudoucum Francorum Regem mittit.

Aur. D. N. ANASTASIVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGVSTORVM CON. OB. N. D. S. C. Victoria alata gradiens, dextra Lauream. *Const. Christ. Tab. 25.*

ANASTASIVS TR. P. XVII. XVIII. COS. III.

A.V.C 1261. Christi 508. COSS. *Basil. Venantius Decius Iun. Fl. Celer.*

ANASTASIVS TR. P. XVIII. XIX. COS. III.

A.V.C.1262. Christi 509. COSS. *Importunus Decius sine Collega.*

ANASTASIVS TR. P. XIX. XX. COS. III.

A.V.C.1263. Christi 510. COSS. *Seuerinus Boethius. Eutharicus.*

ANA-

ANASTASIVS TR. P. XX. XXI. COS. III.

COSS. *Felix Gallus. Secundinus.* *A.V.C. 1264. Christi 511.*

Æ. D. N. ANASTASIVS P. F. AVG.
K. *Minutus.*
* K ✠. *Patin. Ind. f. 35.*

ANASTASIVS TR. P. XXI. XXII. COS. III.

COSS. *Fl. Paullus. Fl. Muscianus.* *A.V.C. 1265. Christi 512.*

Æ. D. N. ANASTASIVS P. P. AVG.
✠
* M NIC. Eodem Typo. *M. N.*

ANASTASIVS TR. P. XXII. XXIII. COS. III.

COSS. *Anicius Probus. Fl. Clementinus.* *A.V.C. 1266. Christi 513.*

Vitalianus Anastasium contra Synodum Chalcedonensem sauientem, armis adigit ad Concilium Heraclea cogendum.

Æ. D. N. ANASTASIVS P. P. AVG.
* CONCORDI. Circa Columnam. *M. N.*

ANASTASIVS TR. P. XXIII. XXIV. COS. III.

COSS. *M. Aurel. Cassiodorus sinè Collega.* *A.V.C. 1267. Christi 514.*

Vitalianus se illusum videns in exitu Concilij Heraclea noua mala ingerit Imperio Orientali.

ANASTASIVS TR. P. XXIV. XXV. COS. III.

COSS. *Fl. Florentius. Fl. Anthemius.* *A.V.C. 1268. Christi 515.*

ANASTASIVS TR. P. XXV. XXVI. COS. III.

COSS. *Petrus sine Collega.* *A.V.C. 1269. Christi 516.*

ANASTASIVS TR. P. XXVI. XXVII. COS. IV.

COSS. *Anastasius Aug. IV. sinè Collega.* *A.V.C. 1270. Christi 517.*

ANASTASIVS TR. P. XXVII. XXVIII. COS. IV.

COSS *Fl. Magnus. Fl. Florentius.* *A.V.C. 1271. Christi 518.*

Hoc anno A. D. VII. Id. Iulij Anastasius Aug. fulmine ictus interijt.

ARIADNES AVGVSTA VXOR ANASTASII DICORI.

FL. ARIADNES AVGVSTA. *Goltz.*

THEODORICVS GOTHORVM, ET ITALIÆ REX PRIMVS.

Theodemiri Ostro-Gothorum Regis Filius, obses à Patre datus Leoni Seniori, ab eodem Regiè nutritus ad annum vsque 18. eius ætatis tanto honore, quantum suo Filio impertiri potuisset. Reuersus indè ad Patrem cum sex millibus Militum Patre repugnante Danubium transmisit, Rabaiumque Regem Sarmatarum prælio superauit, & propria manu occidit. Reuersus ad Patrem, cum eodem Illyriam, & Dalmatiam populatur, deinde in Macedoniam, & Thessaliam transiens Larissam, & Heracleam capit; hinc Pax cum Zenone Augusto coalescit. Mortuo Patre hæres Regni solus relictus Consul fit à Zenone: Magistratu functus à Barbaris sollicitatus Thraciam Constantinopolim vsque vastat, à Zenone vocatus adest, inopiamque causatus direptionum auctricem, ab illo Italiam suis sedem petit, & obtinet, in eam transit relicta Pannonia cum vniuersa Ostro-Gothorum gente per Alpes Carnicas descendens, cum Odoacre Herulorum Rege pugnat circà Sontium, & vincit, mox fugientem insecutus iterum in Campis Veronensibus fundit, sequenti Anno tertium ad Abduæ Ripas vincens ad fugam cogit, & per triennium Rauennæ obsidet, tandem cum eo Pacem facit, ea conditione vt ambobus æquum esset in Italia Imperium, Rauennam ingressus in Palatio cum Rege Odoacre residet, causatus deinde (paucis post diebus) insidias, Odoacrem in conuiuio interfici iubet cum tota eiusdem Familia. Inde REGIS ITALIÆ nomine sumpto, Amalfredam Sororem Torismundo Regi Vandalorum, Filiam vnam Alarico Visigothorum Regi, aliam Sigismundo Burgundionum Regis Filio collocat, Audofleda Cloudoueo Francorum Regis Sorore in matrimonium recepta, Romam pergit, vbi honorificè recipitur, Bulgaros in Pannoniam erumpentes expellit, Pannoniamque sibi ascicit. Frustrà tentata concordia inter Cloudoueum Francorum, & Alaricum Visigothorum Reges Exerci-

tum contra Cloudoueum mittit, cui Arelate, Arausicum, Tholosam, & Massiliam eripit, Transamundo Africæ Regi Amalafredam, & Herminfrido Regi Thuringorum Neptem collocat. Euthaticum Ostro-Gothum in Hispania inuentum, Generum sibi assistit, Filia Amalsuenta desponsata, quæ Athalaricum parit. Theodoricus postea immutatus Seuerinum Boethium occidi iubet cum Symmacho, mox ægrotat, & successore Athalarico Nepote designato moritur phræneticus Anno Christi 526.

Æ. D. N. THEODORICVS S . . . . . Circum V. in medio Nummo.
* INVICTA ROMA. Caput Galeatum, *Strada f.* 232.

218

FL. ANICIVS IVSTINVS.

THrax à Senatu electus Imp. vt labantem Rempublicam restitueret insidiatores tres sustulit. Vir veræ pietatis studiosus, Chalcedonense Concilium instituit. Ex Oriente Arrianos expulit; Orthodoxos Episcopos ab Anastasio electos recepit. Cùm nouem annis magna virtute Imperium administrasset Iustinianum ex Sorore Nepotem adoptauit, & Imperij successore constituto haud ità multò post obijt.

FL. ANICIVS IVSTINVS *mortuo Anastasio* AVG. *dicitur ab Exercitu Palatino Senatu, & Populo Constantinopolitano A. D. IX. Iulij.*

A.V.C. 1271.
Christi 518.

COSS. Fl. Magnus. Fl. Florentius.

Iustinus cum Theodorico Italia Rege Fœdus, & Pacem signat,

Aur. D. N. IVSTINVS P. F. AVG.
VICTORIA AVGG. CC. CON. OB. Victoria.
* VICTORIA AVGGG. A. CON. OB. Victoria dextra Crucem tenens, ad latus Stella. *M. N.*
VICTORIA AVGVSTORVM A. COM. OB. { Victoria stans, sinistra Crucem, ad latus Stella.
* Victoria stans, dextra Lauream, sinistra Globum cum Cruce, ad latus Stella. *Num. Arscot. Tab.* 68. *n.* 21. 22. }

Ar. D. N. IVSTINVS AVG.
✠ R-I-D. ✠
* RsD. In Laurea. *M. N.*
* Christi Monogramma cum duabus Stellis, in medio nummo, *Num. Fasch.*
* C. N. In Corona. *Num. Fasch.*

Æ. D. N. IVSTINVS P. F. AVG.
ANNO K I TEC. Suprà Crux. In medio Nummo. *Const. Christiana Tab.* 26.
* *M* NIKM. In medio Nummo. *Ind. Pellegr. Ascanij.*
* Columna cum duabus Stellis, in Laurea. *Const. Christian. Tab.* 26.

D. N. IVSTINVS PP. AVG.
✠ *M* In medio nummo.
✠ *M* + A In medio nummo.
* ✠ M CON In medio nummo. *M. N.*

. . . .
* ГE. In medio nummo. *Patin. Ind. f.* 35.
* VICTOR . . . . . Imp. stans Crucem tenens. *ibidem*.

IVSTINVS TR. P. I. II. COS.

A.V.C. 1272.
Christi 519.

COSS. Iustinus Aug. Eutharicus Cillica.

Aur. D. N. IVSTINVS P. AVG. ANNO II. *Golzius.*

D. N. IVSTINVS PP. AVG.
* ✠ M + *Subtus* B. In medio nummo. *Hulsius.*

IVS-

IVSTINVS TR. P. II. III. COS.

COSS. *Fl. Rusticus. Fl. Vitalianus.* *A.V.C.1273. Christi 520.*

Aur. D. N. IVSTINVS P. AVG. ANNO III. *Golzius.*

IVSTINVS TR. P. III. IV. COS.

COSS. *Fl. Valerius. Fl. Iustinianus.* *A.V.C.1274. Christi 521.*

Aur. D. N. IVSTINVS P. F. AVG.
✻ VICTORIA AVGGG. Δ CON. OB. Victoria dextra Crucem, ad latus Stella. *Const. Christiana Tab. 26.*

Æ. D. N. IVSTINVS PP. AVG. AN. IIII.

IVSTINVS TR. P. IV. V. COS.

COSS. *Aurelius Symmachus. Seuerinus Boethius II.* *A.V.C.1275. Christ 522.*

Æ. D. N. IVSTINVS P. F. AVG. V.

D. N. IVSTINVS P.P. AVG.

✠ *M* ✠ CON. *Subtus* E. In medio nummo.

IVSTINVS TR. P. V. VI. COS.

COSS. *Anicius Maximus sinè Collega.* *A.V.C.1276. Christi 523.*

Aur. D. N. IVSTINVS P. F. AVG.

VICTORIA AVGGG. S. CON. OB.
✻ Victoria stans, dextra Crucem, sinistra Globum Crucigerum. *Const. Christian. Tab. 26.*
✻ Figura Militaris Galeata sedens, dextra Hastam, sinistra Globum Crucigerum. *ibidem.*

D. N. IVSTINVS P. F. AVG. ANNO VI.

IVSTINVS TR. P. VI. VII. COS. II.

COSS. *Iustinus Aug. II. Fl. Opilio.* *A.V.C.1277. Christi 524.*

Æ. D. N. FL. ANIC. IVSTINVS P. AVG. ANNO VII.

IVSTINVS TR. P. VII. VIII. COS. II.

COSS. *Anicius Probus Iun. Fl. Philoxenus.* *A.V.C.1278. Christi 525.*

Æ. D. N. FL. IVSTINVS P. P. ANNO VIII.

IVSTINVS TR. P. VIII. IX. COS. II.

COSS. *Anicius Olybrius Iun. sinè Collega.* *A.V.C.1279. Christi 526.*

IVSTINVS TR. P. IX. X. COS. II.

COSS. *Fl. Mauortius sinè Collega.* *A.V.C.1280. Christi 527.*

Iustinianum Nepotem adoptat, & Consortem Imperij facit, & Kal. Aug. moritur Iustinus.

Æ. D. N. IVSTINVS P. P. AVG.

ANNO M X. B NIKO.

D. N. IVSTINVS P. F. AVG.

✻ ✠ M ✠ ANT. X. In medio nummo. *Strada f. 259.* ✻ ANNO L X. CON. In medio nummo. *Const. Christian. Tab. 26.*

D. N. IVSTINVS P. F. A. Duæ Figuræ sedentes.
✻ ANNO GM. NIKO. Cum Cruce. *Patin. Ind. f. 35.*

ÆLIA

219

ÆLIA MARCIA EVPHEMIA

Iustini Senioris Vxor.

Aur. D. N. AEL. EVPHEMIA . . . *Spanhem. f. 640.*

D. N. AEL. MARC. EVPHEMIAE P. P. AVG.
✻ VICTORIA AVGGG. CON. OB. Victoria stans, dextra Crucem. *Const. Christian. Tab. 26.*

220



HILDERICVS VANDALORVM IN AFRICA REX.

Ex Honnorico, & Eudoxia Pl. Valentiniani Aug. Filia genitus, Regiè educatus Thrasamundo in Regno successit: in Catholicos mitis initio Regni, Episcopos eorundem reuocauit: Inde parum comperta causa, Amalafredam olim Thrasamundi Regis Vxorem necauit, tandem à Gilimere Regno spoliatus in carcerem actus, frustrà pro eodem intercedente Iustiniano Aug., occisus est.

HILDERICVS *Thrasamundo in Regno Vandalico Africæ succedit.*

A.V.C. 1277. *Christi* 524. *COSS. Iustinianus Aug. II. Fl. Opilio.*

Ar. D. N. HILDERICVS REX. Caput imberbe diadematum.
✻ FELIX CART. Figura muliebris stans, ambabus manibus Spicas frumentarias tenens. *Seguin. Sel. Num. f. 43.*
✻ FELIX KART. Eodem Typo. *Const. Christian. Tab. 22.*

221

ATHALARICVS, & AMALASVENTA ITALIÆ REGES.

Mortuo Theodorico Italiæ Regnum eiusdem Testamento ad Nepotem Athalaricum peruenit, cumque Puer esset Rex, Mater Amalasuenta Theodorici Filia Regni suscepit gubernacula, Amalarico Hispaniam reddi iussit, & Theodorico Galliæ partem, Fœdus cum Iustiniano Orientis Imperatore firmauit, cloacas Parmæ construi iussit, postea Theodorico Francorum Regi bellum indixit, Victoriamque nobilem Rege mortuo reportauit, Burgundionum Regem ad obsequium reduxit, Gothos primiores sibi suspectos sustulit. Tandem ex intemperantia mortuo Athalarico, Amalasuenta Regnum Theodato Gothorum Duci tradidit.

ATHALARICVS *mortuo Auo Theodorico* REX ITALIÆ *dicitur.*

COSS. Anicius Olybrius Iun. finè Collega. *A.V.C.1279. Christi 526.*

Æ. D. N. ATHALARICVS REX S.C.X. Figura ſtans, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum.
✱ INVICTA ROMA. Caput Galeatum. *M. N.*
D. N. ATHALARICVS REX. In Laurea.
✱ INVICTA ROMA. Caput Galeatum. *Patin. Ind. f. 35.*

222.

FL. ANICIVS IVSTINIANVS.

IVſtini Sororis F. A Iuſtino Imp. accepit anno ætatis 44. adiecitq; animum, vt illud repararet. Orientem pacauit: Perſas opera Beliſarij fudit, fugauitque: trans Euphratem abire coegit. Veteres firmauit limites. Romam à Gothorum ſeruitute aſſeruit, Africam pulſis Vandalis Imperio reſtituit, Regem eorum Gilimerem cœpit, & vinctum catenis Conſtantinopolim duxit: de Perſis, & Vandalis triumphauit. Narſete Duce Totilam Gothorum Regem vltrà decem annos in Italia Regnantem, qui & Romam ſpoliauerat, incenderat, & cultoribus vacuam reliquerat, interfecit, & Gothorum nomen in Italia deleuit. Italia, & Africa ſubacta, domi, foriſque glorioſus, leges reformauit, Templum Sophiæ condidit. Vir iuſtus, & integer, & maximus Princeps, niſi Eutychianus fuiſſet; ſed auaritia quoque notatus. Morbo ex ſenio affectus, inſanus mente deceſſit. Iuſtino priùs Imperij Conſorte electo, Imperij anno 39. ætatis 83.

FL. ANICIVS IVSTINIANVS, CÆSAR, & IMP. *deſignatus ab Auunculo Iuſtino Conſularis*, TR. P. *accipit A. D. Kal. Aprilis, & mortuo Iuſtino ſolus Imperare cæpit A. D. Kal. Aug.*

COSS. Fl. Mauortius ſinè Collega. *A.V.C.1280. Chriſti 527.*

Iuſtinianus Aug. Fœdus cum Amalaſuenta confirmat.

Ar. D. N. IVSTINIANVS AVG.
✱ D. N. ATHALARICVS REX. In Laurea. *M. N.*
D. N. IVSTINIANVS P. AVG.
✱ Monogramma, in quo DPST. In medio nummo. *M. N.*
✱ P.K. In Laurea. *M. N.*
D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG.
✱ NↃ. In Laurea. *Conſt. Chriſtian. Tab. 27.*
✱ P.K. Eodem Typo. *ibidem.*
✱ Monogramma Chriſti. In Laurea. *ibidem.*

Æ. D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG.
✱ Monogramma Chriſti. In Laurea. *Conſt. Chriſtian. Tab. 27.*
✱ V. In Laurea.
✱ P Δ A. *ibidem.*
✱ VOT. MVLT. HT. I. In Laurea. *ibidem Tab. 26.*
✱ ∗M∗ CON. Suprà Crux, ſubtus A. In medio nummo. *M. N.* ✱ ∗M THEO. Subtus A. In medio nummo. *M. N.* ✱ Monogramma, in quo C I, ſuprà ∗. In medio nummo. *M. N.*
✱ Columna in Laurea. *M. N.*
✱ Columna in Laurea cum duabus Stellis. *Conſt. Chriſtian. Tab. 26.*
Columna inter duas Stellas.
✱ Columna, ſuprà quam Crux. In medio nummo. *Conſt. Chriſtian. Tab. 26.*
M B PART. In medio nummo. ∗M∗ In medio nummo. *M. N.* ✠M✠ NIKO. *Conſt. Chriſt. Tab. 26.* ✠M✠ CON. *ibidem.*
✱ Monogramma, in quo CI. In medio nummo. *Conſt. Chriſtian. Tab. 27.*
Iuſtinianus ſedens, ſiniſtra Globum cum Cruce tenens.
✱ M. In medio nummo. *Patin. Ind. f. 35.*

IVSTINIANVS TR. P. I. II. COS. II.

COSS. Iuſtinianus Aug. II. ſinè Collega. *A.V.C.1281. Chriſti 528.*

Codicem Iuris componi curat.

Æ. D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG.

✻ †M† B — In medio nummo. *Conſt. Chriſt. Tab.* 27.

IVSTINIANVS TR. P. II. III. COS. II.

A.V.C. 1282. *Chriſti* 529. *COSS.* *Cæcina Maurus Baſilius Iun. ſinè Collega.*

Codicem Iuris edit.

Æ. D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG.

✻M✠ I SAR. — In medio nummo. *M. N.*

IVSTINIANVS TR. P. III. IV. COS. II.

A.V.C. 1283. *Chriſti* 530. *COSS.* *Poſtumius Lampadius. Fl. Oreſtes.*

Inſtitutiones Iuris, & Pandectas condi iubet.

IVSTINIANVS TR. P. IV. V. COS. II.

A.V.C. 1284. *Chriſti* 531. *I. Poſt Conſ. Lampadij, & Oreſtis.*

Inſtitutiones, & Pandecta editæ iuſſu Iuſtiniani.

IVSTINIANVS TR. P. V. VI. COS. II.

A.V.C. 1285. *Chriſti* 532. *II. Poſt Conſ. Lampadij, & Oreſtis.*

Pacem cum Perſis facit Iuſtinianus.

IVSTINIANVS TR. P. VI. VII. COS. III.

A.V.C. 1286. *Chriſti* 533. *COSS.* *Iuſtinianus Aug. III. ſinè Collega.*

Beliſarius contra Gilimerem in Africam miſſus Carthagine potitur, præliatur, & vincit. Gilimer fugatur, & obſidetur in Monte Puppua.

Aur. D. N. IVSTINIANVS P. F. AVG.
✻ VI TORIA AVGGG. A. Victoria ſtans, dextra Crucem. *Num. Arſcot. Tab.* 68. *n.* 22. 23.
✻ VICTOR. AVGVST. CON. OB. Crux inſiſtens gradibus. *Conſt. Chriſtian. Tab.* 26.
D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG.
✻ VICTORIA AVGVSTI CON. OB. Victoria gradiens, dextra Lauream. *idem Tab.* 27.

Æ. D. N. IVSTINIANVS P. P.

✻M✠ KAPT. — *Conſt. Chriſtian. Tab.* 26. ✻M† KAR. — *ibidem Tab.* 27.

IVSTINIANVS TR. P. VII. VIII. COS. IV.

A.V.C. 1287. *Chriſti* 434. *COSS.* *Iuſtinianus Aug. IV. Decius Theodorus Paullinus.*

Gilimer ſe dedit, Conſtantinopolim ducitur à Beliſario, vbi Triumphantis more ingreditur. Iuſtinianus Gilimerem benignè habet. Bellum infert Theodabato Regi, propter necem Amalaſuentæ.

Aur. D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG.
VICTORIA AVGGG. H. CON. OB. Victoria ſiniſtra Scipionem, dextra Globum cum Cruce.
Victoria dextra Coronam, ſiniſtra Globum.
OM. OB. Victoria alata, dextra Crucem, ſiniſtra Globum.
✻ LA. CON. OB. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtian. Tab.* 26.
✻ VICTORIA AVGVSTOR. CON. O. Victoria gradiens, dextra Lauream. *ibidem Tab.* 27.
✻ VICTORIA AVGGG. B. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Pedum cum Cruce, ſiniſtra Globum Crucigerum. *ibidem Tab.* 26.

Ar. D. N. IVSTINIANVS AVG.
D. N. THEODAHATVS REX. In Laurea.
VICTORIA PRINCIPVM. S. C. Victoria gradiens.
D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG.
✻ VICTORIA AVGGG. B. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Pedum cum Cruce, ſiniſtra Globum. *Conſt. Chriſtian. Tab.* 26.

IVS-

IVSTINIANVS TR. P. VIII. IX. COS. IV.

COSS. Belisarius V. C. sinè Collega. *A.V.C. 1288. Christi 535.*

Per Mundum Ducem Gothis Dalmatiam, & per Belisarium Siciliam eripit.

Aur. D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG.
✱ VICTORIA AVGVSTORVM CON. OB. Victoria, dextra Coronam, sinistra Globum. Victoria gradiens, dextra Lauream, sinistra Globum Crucigerum, *Const. Christ. Tab.* 26.

IVSTINIANVS TR. P. IX. X. COS. IV.

I. Post Cons. Belisarij V. C. *A.V.C 1289. Christi 536.*

Belisarius Neapolim obsidione capit, Romamque Iustiniano recipit.

Æ. D. N. IVSTINIANVS P. P. AVG.
$\overset{+}{\text{M}}$ ROM. In medio nummo. — † K ✱ *Hulsius.* — ✱ $\overset{+}{\text{M}}$ ✱ ROMA. In Laurea. *Cost. Christ. Tab.* 26. — ✱ M † ROMA. *ibid.*

D. N. IVSTINIANVS P. F. AVG.
✱ $\overset{+}{\text{M}}$ + ROMA. In Laurea. *Patin. Ind. f.* 35. — ✱ K † In Laurea. *ibidem Tab.* 27. — M † I K ✱ *ibidem.* — † K ✱ In Laurea. *ibidem*

IVSTINIANVS TR. P. X. XI. COS. IV.

